





C. 70. A



2

204-9-9-22





204-9-9-22

D. ANTONII
GVEVARÆ COM-
mentaria in Habacuc.

*Ad Illustrissimum Dominum D. Gasparem
Quiroram. S. R. E. Cardinale, Archiepisco-
pum Toletanum, summum de fidei Ca-
tholica negotijs cognitorem.*

3 7y



BIBLIOTECA NAZIONALE
ROMANA
VITTORIO EMANUELE

S. Maniz

D. Pala

MADRIDI,
Apud viduam Alfonsi Gomez. 1585.
CVM PRIVILEGIO.

D. ANTONIO
GONZALEZ COME

mentaria in Hspacis

Al fñisimo Don Juan D. Gutierrez
Cardenal & R. E. Cardenal de Toledo
Arzobispo de Sevilla
Thesoro de los Reynos de España



MADRID

Abdaviduan Alonso Gomez. 1787.
CVM PRIVILEGIO

C E N S U R A .

D

*E mandato supremi Senatus, hæc
Commētaria in Habacuc D. An-
tonij Gueuara quàm potui diligen-
ter euolui, neque solùm fidei aut mo-
ribus non obeſſe, ſed etiã prodeſſe quamplurimum,
multipliciq; diuinarum ſcripturarum eruditione,
variaq; rerum antiquarum cognitione, magnam
legentibus utilitatẽ allatura, iudicauì. Madridj,
pridie Kalend. Julij, Anno Domini. 1585.*

Fr. Gabr. Pinelo.



S V M M A P R I V I L E G I I .

P

HILIPPI .II. Hispania-
rum Regis Catholici lege pri-
uata ſancitum eſt, ne quis hæc
Cómentaria in H A B A C V C
D. Antonij Gueuareꝝ citra eiufdem libri au-
toris conſenſum & voluntatem imprimat,
aut ab alio impreſſa diuendat, ſub pœnis in
Regio diplomate expreſſis, Dato Monzo-
nij. 14. Iulij, Anno. 1585.

ILLVSTRISSIMO

DOMINO D. GASPARI

Quiroga. S. R. E. Cardinali, Archiepiscopo Toletano, summo apud Hispanos de fidei Catholice negotijs cognitori. D. Antonius Gueuara

Prior Sancti Michaelis

de Scalada,

.S.



Ogis me, Illustrissime prae-
sul, quae dicta sunt mihi in
tenebris, in lumine dicere; et
iuxta sententiam euangeli-
cam, quae in aure audivi,
predicare super tecta. Vide
ne forsitan, contra sententiam Apostolicam,
dum de tenebris lucem iubet splendescere, luci
tenebras associare contendas. Quae enim par-
ticipatio Diuina Philosophia pacatissima cum
forensibus iurgijs et conflictationibus? aut quae
conuentio diuina Scripturae, abysso caelestis sa-
pientiae, cum omnium bonarum artium ac lite-
rarum summa ignorantia et inscitia? Etenim
si gloriari oportet; quae infirmitatis meae sunt

A gloria

gloriabor. Annum agens duodecimum patre orbatuſ, ſtudijs legalibus addiſtus ſum, inuituſ ſanè atque renitens, quantum puerulo mitioribus diſciplinis vehementer adfecto, tutoribus ſpe lucelli in forum atque ſubſellia impellentibus, per etatem licuit repugnare. At poſtquam ex ephēbis exceſſi, liberiuſq; viuendi fuit poteſtas: tanto faſtidio tumultuſ forenſeſ effugi, ut toga etiam depoſita, ad ſagum ocuſſime conuolarim: & à Charybdi quam longiſſime abeſſe feſtinans, in Scyllam me imprudens immerſerim. Ibi quippè mihi aduerſa multa fuere: nam pro pudore, pro abſtinentia, pro virtute, audacia, largitio, libido vigebant. Verùm ſecundo numine tandē emergens, ad ſtolam ſacerdotale confugi: à ſacriſq; PHILIPPO Regi noſtro catholicò conſtitutuſ, ipſi, temporis aliquantulum, in eorum miniſterio inſeruiui. Attamē aulicis ſtudijs deterrituſ, miſerrimam ambitionem, honorumq; contentionem auerſatuſ: operoſioreſ diuitiaſ tràquillo ſeceſſu commutare decreui, & in tutiſſimum ſolitudinis portum me conferens, quod vita reliquum ſuper'eſſet, ruri cum Deo mecumque, & cum libris tranſigere deſtinavi. Fugitur, ubi anti-

mus

mus ex multis miserijs atque periculis requie-
 uit, non fuit consilium, socordia atque desidia
 bonum ocium conterere: neque verò agrum co-
 lendo, aut venando, seruilibus, ut Crispus di-
 xit, officijs intentum atatem agere: sed prom-
 ptioribus etiam, atque facilioribus studijs
 posthabitis, totus ad magistram vitæ philoso-
 phiam, & ad sacrarum scripturarum clau-
 sa ac recondita sacramenta crebris singulti-
 bus anhelabam. Sed quid facerem? qui eam
 philosophiæ partem, quæ est quærendi ac disse-
 rendi, & λογικὴ dicitur: aut eam quæ φυσικὴ,
 quæque naturã scrutatur: aut eam quæ νομικὴ,
 animum format & fabricat, vitam disponit,
 actiones regit, agenda & omittenda demon-
 strat: neque à limine salutassem? Disputatri-
 cem Theologiam, neque de facie etiam nosssem?
 In diuinarum porro scripturarum studio pla-
 nè inermis ac nudus essem? Utpotè qui negotijs
 secularibus implicatus, nulliusq; magisterio vn-
 quàm edoctus, propria diuinis scriptoribus idio-
 mata, peculiare phrasas, flexiloqua oracu-
 la penitus ignorarem. Hebraicarum verò ac
 Græcarum literarum, characterum quoq; ne-
 dum linguarum ipsarum intelligentiæ prorsus

imperitus existerē. Nullam artem sine magistro, vulgari prouerbio iactari considerās, animum mirifice despondebam: is nanque negotij difficultate, ceu claua, repulsus, protinus à proposito resiliebat. Sed, ne te morer, amplissime praesul, dum Pherecydē absque magistro multum eruditionis assequutū fuisse lego: dum non solum apud Homerū, citharadū ἄντρον δὲ κίθαρ, sed etiam apud Isaiam, à Domino doctos inuenio, denique dum diuinos Hierotheum & Augustinum Dei docibiles fuisse comperio: meliori confirmatus spe, sacrarum Scripturarum studia late & confidenter aggredior: nec quia desperare inuicti membra Glyconis, nodosa corpus nolui chiragra prohibere. Nam ut Columella verbis dicam, quàm probabilis ratio est obmutescendi, quia nequeas orator esse perfectus? aut in socordiam compelli, quia desponderis sapientiam? Magna rei, quantumcumque possederis, fuisse participem, non minima est gloria. Aristoteles vel tenuissimum quiddam è rebus caelestibus delibare, multo prestabilius esse dixit, quàm horum omnium inferorum cognitionem mente complecti. Incipio igitur, exemplaria diuina nocturna versa-

re manu,

re manu, versare diurna. Incipio assiduolabore ac summo ardore discendi magistrantibus, linguarum elementa cognoscere, & lexicis atque vocabularijs consultis, loca obscura diuinorum librorum ad ipsa prototypa exire, & si quando riuuli viderentur subiturbidi, ad fontes purissimos reuocare. Denique, eò ventū est, ut etiam aliquot sacrorum autorum volumina explanare & interpretari gestirem: & de rebus Theologica disciplina grauissimis, questionem instituire iam auderem. Nam & de vulgata Latina editionis auctoritate, & de sacrosancti Concilij Tridentini decreto super hac, iusto volumine disputavi: & in primū caput Geneseos literalem expositionem contexui: & in Dauidicos Psalmos, breues quasdam annotatiunculas concinnaui: postremo in Vaticinium Habacuc, tanta iam olim difficultate & obscuritate illustrissimum, commentarios iuxta historicam intelligentiam, in qua tota versatur obscuritas, ordiri cœperam: verum mox à principio telam interciderere necessum fuit: dum huius prioratus, cui prasum, negotiorū causa, toto fermè anno praterito, & domo abesse, & regia curia interesse cōpellor. Hac omnia dum

pio pariter & erudito viro fratri Gabrieli Pinela Augustiniano, e re nata, secretò communico: arcani proditor tibi fecit indicium, ipsosque codices, quos securus penes ipsum reliqueram, insuper ad lectionem contradidit. Legisti, qua tua est humanitas, ornatissime Præsul, & non indigna iudicasti qua in lucem prodirent. Imouero, nisi emendandi atque euulgandi conditione depacta, ea te mihi redditurum, aliquantulum temporis denegasti. Accepi libros & conditionem, profiteor: verum graui ac diutino morbo detentus, manum his sanè amplius adiuuere non licuit. Et tu tamen dilationis impatiens, neque iustam, imò necessariam valetudinis excusationem admittens, mecum de mora vsque ad obiurgationem, exoptulans, fidem me prodidisse criminari, nec conuentis stetisse conquereris. Urges incompta & impolita transmitters: ut non dicam emendandi, sed ne relegendi quidem præbeas facultatem. Ergo, commentarios in Habacuc, quos necdum dimidiatos abstuleras, integros & absolutos restituo: rudes veruntamen & incultos, qualesque fædos & informes factus, præpropere festinatio semper edere

con-

confucuis. Porrò, quale quale hoc est, tuū est: non tam à me dono datū, quàm, si liberè dicendum sit, vi à te, præsul illustrissime, extortum. Neque enim tale ego esse iudico, quod est tantæ celsitudinis perspicacissimos oculos detinere, aut eruditissimas et occupatissimas aures, totius Reipublicæ communibus atque grauioribus negotiis intètas, præoccupare et interpellare mereatur. Illud tamen certissimum tibi et constitutissimum esse velim: si quid meum viribus valeret ingenium, nulli hominum unquam libentiùs, quàm tibi potissimum desudaret.

Quoniam verò Beatissimus Hieronymus, qui que illum sequuti sunt huius nostri Vatis interpretes, in id maximè elaborarūt, ut paleis historia et litera occidentis neglectis, spicas tantam viuificantis spiritus, et grana allegorici sensus demeterent (Quid enim paleis ad triticum? dicit Dominus) hocq; præcipuè illis cordi fuit, ut in horrea Ecclesia expurgata cõportarent frumenta: ita ut vix spicilegium reliquerint, quod facere pōst diligentissimos messoris queam: mihi autē propositū nunquam fuit actū

agere, ab alijsq; scripta trāscribendo, alieno labore & impendijs, nomen atque gloriā venari: Ergo, legere potius stipulam visum est, & solummodo historicum sensum, quā possē diligētissime interpretari: eos verò qui abstrusiora mysteria requirerent, ad Hieronymum, ad Theodoretum, ad Theophylactum, ad Rupertum Abbatem, ad Remigium Alisiodorensem, ad Dionysium Carthusianum remittere. Quod etiam ante nos fecit Angelicus Thomas Aquinas, qui librum Job, in quo, teste Hieronymo, singula verba plena sunt sensibus, secundum historiam tantum exposuit: ad Diuum Gregorium remittens auditores, qui de mysticis interrogetur allegorijs. Dum etiā quid humeri valeant, quidue ferre recusent, considero: exiguis viribus leuissimum pondus palcarum attollere, consentaneum esse duxi: & qui aurum & argentum non possē, facrum & stipulam superadificare constitui. Sed & illud quoque in sensum historicū impulit: quòd si qui eorum, qui nos præcesserunt, interpretes, hunc persequi diligentius, & seriò enarrare conati sunt: dum Vatem de diuina prouidentia quæstionem mouere: tantummodo

contra

contra Chaldaeos vaticinari: ob idque, præter
 caterorum prophetarum morem, cum tristitia
 et infausta prædixeris, nullam postmodum con-
 solationem attexere, decreuerunt. Denique,
 dum Orationem, postremumque caput Haba-
 cuc, à capitulis precedentibus materia est argu-
 mento seiungunt, totumque, iuxta literalem etiam
 sensum, ad Christum et Ecclesiam traducunt:
 hi quidem non satis externum vaticinium
 attingisse, aut contextum et ordinem vatici-
 nij percepisse, mihi videntur. Respexit procul-
 dubio Habacuc, sicut et reliqui Prophetæ
 omnes, ad Christum et Ecclesiam potissime: at
 hæc sacratiora mysteria, ne oculis profanorum
 passim patefcerent: atque adeo, quasi nimia
 consuetudine, contemptui forent carnali po-
 pulo Iudeorum, umbris atque figuris velare,
 frequentiusque Prophetæ rebus gestis siue ge-
 rendis, quam verborum sonitu ac vocibus præ-
 nuntiare consueuerunt, et quæ sibi ipsis, aut
 Israelitico populo, vel interdum circumuici-
 nis gentibus euenissent, aut euentura essent,
 narrando vel vaticinando, noui testamenti
 mysteria, aptius quidem pro illius gentis ac
 temporis conditione. (nondum exorto iustitie

1111111111

Sole, neque propalata sanctorum *(via)* simul
 etiam uaticinati sunt, suisq; ipsis & historijs
 & rebus hęc ipsa nostra descriptissime præfigu-
 rantur. Unde ea eadem *(idem)* Paulus Sacramē-
 tum absconditum appellauit: & quanuis Moy-
 ses aliquando ceterique propheta, Christum
 venturum aperte prænuñtauerint, & suis qua-
 si notis, coloribusq; depinxerint: at quia frequē-
 tius id umbris atque figuris, quam uerbis aper-
 tis, uaticinati sunt, ideo Paulus, umbrā legem
 futurorū bonorū, non ipsam rerum imaginē
 habere, dixit. Veteris testamēti scriptores, noui
 testamēti diuitias umbris atq; figuris inuolu-
 tas ut plurimū tradiderūt: has uero Apostoli,
 ceteriq; noui testamēti scriptores atq; præcones,
 apertis litera promptuarijs, & quasi templi di-
 scisso uelamine, manifestissime dispensarūt, &
 latentes allegorias in lucem & publicum erue-
 runt.

¶ Duplici autem potissimum *(via)*, oracula
 diuina interpretatus sum: aut enim sacrarum
 scripturarum inuicem collatis locis, aut uetu-
 stis uerborum autorum etiam ethnicorum testi-
 monijs: sensa obscuriora illustrare sum solitus.
 Neque id solum, quoniam, ut præclare dixit:

Basilus, veluti plantis, quibus propria virtus est, fructu scatere pulcherrima, folia nihilominus ramis cōiuncta quendā ferunt ornātū: sic est anima, cui præcellens quidē veritas fructus est: non ab re tamen exteriore sapientia circumdatur, sicuti folijs quibusdā umbrā fructui ad aspectum non intempestiuum præbentibus: Sed etiam idcirco ethnicorum vimur testimonijs: quoniam, ut etiam Basilio visum est, in nostro rum sermonum atque gentiliū. Illa est cōuentio, nobis illorum valde conferat notitia. Quod quē iam olim mihi persuaserim, quamplurima esse diuinarū scripturarum loca, quæ nisi ē gentiliū historijs aut fabulis, ē vulgari- bus priscorū dicendi modis, ex obsoletis iam ē antiquatis vetustissimorū hominum moribus, nullo pacto quidem intelligi, nullo modo explicari queant. Agebant Diuini Scriptores proculdubio vulgaribus sui seculi phrasibus: cōmunitibus utebantur prouerbis: sua tempestate notissimas consuetudines, si quādo in sermone incidere, obiter ē in transitu persiringebāt: taxabant suorū temporū mores: historias deinde aut præteritas ac se vetustiores, aut presentes quidem narrabant, aut in proximo plerunque

futuras

futuras vaticinabantur: fabulas etiam per sæpe
 vanaq; ethnicorum segmenta pluribus de cau-
 sis referebant: regionum ac locorum situs nomi-
 nibus exoletis appellans, eꝯ ad primorum homi-
 num partitionem describunt. Horum omnium
 notitiam eꝯ cognitionem, qui a veteribus ethni-
 corum libris superstitione non exquisierit, in-
 geniose delirare cogetur. Augustinus in li-
 bris de doctrina Christiana, insignē futurum
 Theologū, cautim ac moderatē degustatis ele-
 gantioribus disciplinis per atate institui ac præ-
 parari præcepit: nempe Dialectica, Rethorica,
 Arithmetica; Musica, cū primis autē rerum
 naturalium cognitione, veluti syderum, ani-
 mantium, arborum, gemmarum, ad hac lo-
 corum, præsertim eorum, quos diuina scri-
 ptura commemorat. Fit enim, ut agnitis ex cos-
 mographia regionibus, cogitatione sequamur
 narrationem obambulantem, eꝯ omnino non
 sine voluptate, velut unā circumferamur, ut rē
 spectare videamur, non legere. Simulq; nō pau-
 lō tenaciūshærent que sic legimus. Neque rarō
 locorum vocabula suis libris, ceis lumina qua-
 piam inijciunt propheta, quorum allegoriam, si
 quis tractare conetur, nec tutō, nec feliciter
 id fece-

id fecerit, si locorum situm ignoret. Jam si gentium, apud quas res gesta narratur, siue ad quas scribunt Apostoli, non situm modo, verum etiam originem, mores, instituta, cultum, ingenium, ex historicorum literis didicerimus, dictum mirum, quantum lucis, est, ut ita dicam, vite sit accessurum lectioni: qua prorsus oscitabunda mortuaq, sit oportet, quoties non hac tantum, sed est omnium penè rerum ignorantur vocabula, adeò ut nonnunquam vel impudenter addiuinantes, vel sordidos dictionarios consulètes, ex arbore faciamus quadrupedem, è gemma piscem, è sydere auem, ex oppido fruticem. Hieronymus in commentarijs Iona propheta, se ideo Hebraicum arbuscula nomen Ki kaion, hedera vocabulo cõmutasse asserit: quoniam Grammaticos timuerit, ne inuenirent licentiam commentandi: est vel bestias India, vel montes Bæotia, aut istiusmodi quadã portenta consingerent. Abunde nihilominus doctum nonnullis sacrorũ librorũ interpretibus nonnunquam videtur, si tantum adiecerint: Est nomen gemma, aut est species arboris, aut est genus animantis: cum non raro ex ipsa rei proprietate pendeat intellectus mysterij.

Porrò

14 PRÆFA. IN HABAC.

Parro verò, eruendis ac coaptandis diuino-
rum verborum sententijs, sapissimè archetypa
in medium vocamus: ita tamen, ut si quando
vel sensum, vel vocis significationem variare
contingat, id nobis nunquam absque Latina
vulgata editionis testimonio & autoritate per-
miserimus: ut fundamēto firmiori niteremur,
& his qui Hebraicam linguam ignorant, no-
stra interpretationis certissimam fidem argu-
mento certissimo faceremus. Quicquid à no-
bis dictum est, id totum Ecclesia Catholica Ro-
mana, columna & firmamentum veritatis, subie-
ctum volumus: tibiq;, pijsime præsul, summo si-
dei causarum cognitori: cunctisque pijs ac Chri-
stianis hominibus, meliora atque saniora sen-
tientibus. Testor autē Deum Optimum Ma-
ximum, testor Angelos atque sanctos eius
omnes: nihil me consultò asseruisse: quod Eccle-
sia Catholica Romana ullo modo repugnare
censuerim. Vale præsulū decus. Dominus J E-
SUS celsitudinē tuam diu nobis seruet incolu-
mem, omnibusq; rebus bonis affatim & exi-
miè florentem. Ex Sancto Michaële
de Scalada, Prid. Id. Maij.

Anno, 1585.

PRO-

PROPHETIA

HABACVC.

CAPVT I.



1 **Q**NVS quod vidit Habacuc Propheta. Vsqe-
2 quo Domine clamabo, & non ex audies? vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis? Quare

3 ostendisti mihi iniquitatem & laborem, videre prædam & iniustitiam contra me?

— *Quare respicis contemptores & taces, conculcante impio iustiore se? Et facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem?* — Et factum est iudicium

4 & contradictio potentior? Propter hoc la cerata est lex, & non peruénit vsque ad finem iudicium: quia impius præualet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum. ¶ Aspici- te in gentibus, & videte, & admiramini, & obstupescite: quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet, cum narrabitur.

5

Quia

Quia ecce ego suscitabo Chaldaeos, gen- 6
 tem amaram & velocem, ambulantem
 super latitudinem terræ, vt possideat ta-
 bernacula non sua. Horribilis & terribi- 7
 lis est: ex semetipsa iudicium & onus eius
 egredietur. Leuiiores pardis equi eius, & 8
 velociores lupis vespertinis, & diffunden-
 tur equites eius: equites nanque eius de
 longe venient, volabunt quasi aquila fe-
 stinans ad comedendum. Omnes ad præ- 9
 dam venient, facies eorum ventus vrens:
 & congregabit quasi arenam, captiuita-
 tem. Et ipse de regibus triumphabit, & 10
 tyranni ridiculi eius erunt: ipse super
 omnem munitionē ridebit, & comporta-
 bit aggerem, & capiet eam. Tunc muta- 11
 bitur spiritus, & pertransibit, & corruet:
 hæc est fortitudo eius Dei sui. ¶ Nun- 12
 quid non tu à principio Domine Deus
 meus, sancte meus, & non moriemur?
 Domine in iudicium posuisti eum: & for-
 tem vt corripere fundasti eum. Mundi 13
 sunt oculi tui, ne videas malum, & respi-
 cere ad iniquitatem non poteris. quare
 non respicis super iniqua agentes, & ta-

14 ces deuorante impio iustioreme se: Et fa-
 cies homines quasi pisces maris, & quasi
 15 reptile, non habens principem. Totum
 in hamo subleuauit, traxit illud in fagenā
 16 sua, & congregauit in rete suum. Super
 hoc latabitur & exultabit: propterea im-
 molabit fagenæ suæ, & sacrificabit reti
 suo: quia in ipsis increassata est pars eius, &
 17 cibus eius electus. Propter hoc ergo ex-
 pandit fagenam suam, & semper interficere
 gentes non parceret.

CAPUT II.

1 **S**uper custodiā meam stabo,
 & figam gradum super muni-
 tionem: & contemplantor, ut
 videam quid dicatur mihi, &
 quid respondeam ad arguentem me. Et
 2 respondit mihi Dominus, & dixit: ¶ Scri-
 be visum, & explana eum super tabulas;
 3 ut percurrat qui legerit eum. Quia adhuc
 visus procul, & apparebit in finē, & non
 mentietur: si moram fecerit, expecta il-
 lum: quia ueniens ueniet, & non tarda-
 B bit

bit. Ecce, qui incredulus est, nō erit recta 4
 anima eius in semetipso: iustus autē in fi-
 de sua viuet, Et quomodo vinū potantem 5
 decipit: sic erit vir superbus, & nō decora-
 bitur: qui dilatauit quasi infernus animā
 suā: & ipse quasi mors, & nō adimpletur:
 & congregauit ad se omnes gētes, & coa-
 ceruauit ad se omnes populos. Nunquid 6
 nō omnes isti super eum parabolā sumēt,
 & loquelā ænigmatū eius, & dicetur: Væ
 ei qui multiplicat nō sua? vsquequo & ag-
 grauat cōtra se dēsūm lutū? Nūquid non 7
 repentē cōsurgent, qui mordeant te: & su-
 scitabuntur lacerātes te, & eris in rapinā
 eis? Quia tu spoliasti gentes multas, spo- 8
 liabūt te omnes qui reliqui fuerint de po-
 pulis: propter sanguinem hominis & ini-
 quitatē terræ ciuitatis, & omniū habitan-
 tium in eā. Væ qui cōgregat auaritiā ma- 9
 lā domui suæ, vt sit in excelsō nidus eius,
 & liberari se putat de manu mali. Cogi- 10
 tasti confusionem domui tuæ, concidisti
 populos multos, & peccauit anima tua.
 Quia lapis de pariete clamabit: & lignū 11
 quod inter iuncturas ædificiorum est, re-
 spon-

- 13 spondebit. Væ qui ædificat ciuitatē in sanguinibus, & præparat urbē in iniquitate.
- 12 Nunquid nō hæc sunt à Domino exercituum? laborabunt enim populi in multo igne, & gentes in vacuum, & deficient.
- 14 Quia replebitur terra vt cognoscāt gloria Domini, quasi aquæ operiētes mare.
- 15 Væ qui potū dat amico suo, mittēs fel suū, & inebrians, vt aspiciat nuditatem eius.
- 16 Repletus es ignominia pro gloria: bibe tu quoq;, & cōsopire: circūdabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominia
- 17 super gloriā tuam. Quia iniquitas Libani operiet te, & vastitas animalium deterrebit eos de sanguinibus hominis & iniquitate terræ, & ciuitatis, & omnium habitantium
- 18 in ea. Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor suus cōflatile & imaginē falsam? quia sperauit in figmēto fictor eius,
- 19 vt faceret simulachra muta. Væ qui dicit ligno, Expergiscere: Surge, lapidi tacēti: nūquid ipse docere poterit? Ecce, iste cooperatus est auro & argēto, & omnis spiritus nō est in visceribus eius. Dñs autē in tēplo
- 20 sancto suo: sileat à facie eius omnis terra.

CAPUT III.

ORATIO HABACVC 1

pro ignorantijs.

Domine audiui auditionem 2
 tuam, & timui. Domine opus
 tuum in medio annorum vi-
 uifica illud: in medio anno-
 rum notum facies, cùm iratus fueris, mi-
 sericordiæ recordaberis.

Deus ab Austro veniet, & sanctus de mō- 3
 te Pharan. SEMPER. Operuit cœlos
 gloria eius, & laudis eius plena est terra.

Splēdor eius vt lux erit. Cornua in mani- 4
 bus eius: ibi abscondita est fortitudo eius.

Ante faciem eius ibit mors, & egreditur 5
 diabolus ante pedes eius.

Stetit, & mensus est terram: aspexit, & 6
 dissoluit gentes: & contriti sunt montes
 sæculi: incuruati sunt colles mundi, ab
 itineribus æternitatis eius.

Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ, 7
 turbabuntur pelles terræ Madian.

Nunquid in fluminibus iratus es Do- 8
 mine

mine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua, qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio?

9 Suscitans suscitabis arcū tuum, iuramenta tribubus quæ locutus es. SEMPER. Fluuios scindes terræ.

10 Viderunt te, & doluerunt montes, gurges aquarum transiit, dedit abyssus vocē suam, altitudo manus suas leuauit.

11 Sol & Luna steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarū ibunt, in splendore fulgurantis hastæ tuæ.

12 In fremitu conculcabis terram: in furore obstupescies Gentes.


13 Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo: percussisti caput de domo impij, denudasti fundamentum vsque ad collum. SEMPER.

14 Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorū eius, venientibus vt turbo ad dispergendum me: exultatio eorum, sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.

15 Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.

16 AVDIUI, & cōturbatus est venter meus,

B 3 à voce



22 *PROPHETIA HABAA.*

à voce contremuerunt labia mea: ingre-
diatur putredo in ossibus meis, & subter
me scateat. Vt requiescam in die tribula-
tionis, vt ascendam ad populum accin-
ctum nostrum.

Ficus enim non florebit, & non erit ger-¹⁷
men in vineis: mentietur opus oliuæ, &
arua non afferent cibum: abscindetur de
ouili pecus, & non erit armentum in præ-
sepibus.

Ego autem in Domino gaudebo, & exul¹⁸
tabo in Deo *IESU* meo.

Deus Dominus fortitudo mea, & ponet¹⁹
pedes meos quasi ceruorum: & super ex-
celsa mea deducet me victor, in Psalmis
canentem.



D. A N T O N I I
 G V E V A R Æ I N H A B A -
 cuc Commentaria.

PROPHETIA HABACUC.

C A P V T I.

Onus quod vidit Habacuc Propheta.

QU M plerisque Prophetarum mos sit, libri initio, vaticinij sui rationem præfari, scriptoris nomen ac munus, genus etiam interdum & patriã, maximè verò tempora, in quibus prophetauerunt, exprimere: atque eos, contra quos diuina perceperunt oracula, nuncupatis quoquè vocabulis prænotare: Habacuc taménihil horû nobis, præter onerosam vaticinationis suæ materiã, proprium deinde nomen, & officium Propheticum testatus est. Chaldæus paraphrastes, Sunamitidis sceminæ filium fuisse tradidit Habacucum, illum scilicet, quem Heliseus propheta vitæ restituit. Dorotheus Epi-

Scopus Tyri, & Epiphanius Episcopus Constantiæ Cypri, fuisse affirmant de tribu Simeon, ex agro Bithicucar, vt Dorotheus: siue Bexzochar, vt Epiphanius appellat: cuius autem esset filius, vt incertū forsitan, non prodiderunt.

Quo autem tempore prophetauerit Habacuc, non satis conueniunt scriptorum sententiæ. Si enim vera est Hieronymi sanctissimi regula: Prophetas in quibus tēpus non præfertur in titulo, sub illis Regibus prophetasse, sub quibus & hi, qui ante eos habēt titulos, vaticinati sunt: Habacuc sanè in diebus Ioathã, Achaz, & Ezechix, sub quibus & Michæas, prophetaſſe, diceremus. At probatissima Hebræorum Chronica, Nahum, Ioelem, & Habacucum, Manassis' tempore vaticinatos fuisse, asserūt: immaniſſimiq; Regis, ob impietatē & scelera, nullã omnino fecisse mentionē. His assentiūt Græci & Latini historici ferè oēs. Nec deest qui nostris tēporibus diuinarū scripturarū autoritate hoc ipsum probare contenderit: dū enim hanc opinionē tuetur acris homo ingenij,

nij, sic inquit: Sed ne temerè hunc vatē in hæc tēpora referre videamur, locus ex libris Regū, ex quo nō leuē facimus de hac re coniecturā, excutiendus nobis est. Scriptū igitur est in vltimo Regū libro, eo in capite, in quo de Manassei Regis criminibus agitur: *Locutusq; est Dñs in manu seruatorū suorum prophetarū, dicēs: Quia fecit Manasses Rex Iuda abominationes istas pessimas super omnia quæ fecerant Amorrhæi ante eum: & peccare fecit etiā Iudā in immunditijs suis: propterea hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce, ego inducā mala super Ierusalē & Iudā, vt quicumq; audierit, tinniant ambę aures eius. Quo in loco omnia ferè verba, quæ prophetarū nomine recitatur, Jeremiæ vatis esse deprehēdimus, præter pauca illa, quę de auditione, & audientiū stupore inleruntur: quorū nullū apud Ieremiam est: sed eadē omnino sentētia exigua figuræ varietate apud hunc Vatē legitur. Nam primo statim capite scribit: *Aspicite in gentibus, & admiramini, & obstupescite, quia opus factū est in diebus vestris, quod**

4. Reg. 21.
11.

nemo credet, cū narrabitur. Cū ergo per Dei vates hanc calamitatē prædictā afferat Scriptura, propter Manassei temeritatē atque scelera, à Iudæorū gēte mutuata: cūque in eadē recitatione horū duorū vātū permista verba, in eandē sententiā coniungantur, cōsequens est, eos eadē tempestate fuisse, & ad idē vnumque seculū pertinere. Hæc ille. Verūm, mea sententia, cū proculdubiò sefellit memoria: neq; enim verba illa: *Ecce, ego inducā mala super Ierusalē & Iudā: vt quicumque audierit, tinniant ambæ aures eius: vlla ex parte fuerūt desumpta ex vaticinio Habacuc: imo uerò verbū ferè ex verbo, ex Ieremia fuisse translata. Is enim capite. 19. sic habet: Audite verbum Dñi Reges Iuda, & habitatores Ierusalē, hæc dicit Dñs exercituū, Deus Israel: Ecce ego inducā afflictionē super locū istum: ita vt omnis qui audierit illam, tinniat aures eius. Vtrobique autē legitur idē verbū מַלְא, pro quo in libris Regū, *Mala*, in Ieremia Afflictionē transtulit Vulgatus interpres. Vtrobique habetur in Hebræo מַלְא, pro quo in libris Regū,*

Vt qui-

Ier. 19. 3.

Vt quicumque: in *Jeremia*, Ita vt omnis, interpretatus est. Ergo, nihil vtrobiq; differunt, præterquam q; vbi *Jeremias* dixit: Super locū istum: Scriptor libri *Regū* vertit paraphrastice: Super *Ierusalē* & *Iudā*. Nam ad hos *Propheta* sermonem direxerat, inquiens: Audite verbum *Dñi* Reges *Iuda*, & habitatores *Ierusalē*. Paraphrastice quoque addit: Tinniant ambæ aures eius: cum *Propheta* tantum dixisset: Tinniant aures eius. Sub quo igitur *Regum* prophetauerit *Habacuc*, certum non est: hoc iam tamen ex *Danielis* historia est certissimum, tempore illum *Babylonicæ* captiuitatis vixisse, pulmentumq; quod messoribus coxerat in *Iudæa*, *Babylonē* detulisse, & *Danieli* prophete in cauea leonum incluso ministrasse. Vnde mirum non sit, quòd post excisam *Ierosolymorum* vrbein, abductosquè in captiuitatem *Iudæos*, prophetasse credatur: neque præuidisse venturam *Iudæorum* cladem, sed illatam atque præteritam deplorasse, historièquè mandasse, putetur.

Dan. 14. 32

Omnes nāque ferè interpretes in hanc

con-

conspirarūt sententiā, onere quod vidit Habacuc, nō duas tribus, quæ vocātur Iuda: sed Nabuchodonosorē potius & Chaldaeos ac Babylonē grauari. Et quomodo Nahū vaticinatus est cōtra Niniuē & Assyrios, qui vastauerūt decē tribus, quæ nūc pātur Israel: ita & hunc aduersus Nabuchodonosorē & Babylonē prophetiā protulisse decernūt, à quibus Iuda & Ierusalē, templūq; subuersa corruissent. Vt iūq; cōtra gentes idolorū cultrices, & quæ Messiam cunctorum malorū leuamen ac medicinā nō expectarent, pphetasse asserūt: hincq; cōsultō post terrores & pondera non subdidisse cōsolationem. Cū tamē cæteris variis perpetuus mos sit, postquam graua, dura, & tristia prædixerint, è vestigio præstare solatiū, confestim vulneri mederi fomento, ægros ac depressos auditorum animos blandis pollicitationibus delinire, & malorum fine proposito erigere, ac spe meliore concepta releuare. Rixari ergo cum Deo atq; iurgari volūt Habacucū, quòd impijsimū Regē Nabuchodonosorē Dei tēplū vastari permiserit,

miserit, sanctam urbē Ierusalem funditus euertere siuerit, scelestissimoque populo Chaldæorum iustiorē Iudam conculcandum tradiderit: neq; tamē aut illorū immēsis sceleribus offensus, pœnam inferat: aut horū assiduis placatus clamoribus, medeatur. Quin potius reliquas quoq; nationes Babylonijs subijcere stauerit: cū secundis successibus adaucta Chaldæorum potentia, illorum infania indiēs in immēsum excreseat, cultus idolorum augetur, vana superstitio proueniat: misera porrò Iudæorum captiuitas ex his quotidie fiat durior atque desperatior. Et hæc quidem primo huius vaticinij capite contineri censuerunt. Secūdo autem, Dei responsum Prophetam solantis haberi volunt, & interitum Chaldæorum ob innumera scelera denuntiantis. Cæterum, quæ tertio capite dicuntur, à præcedentibus argumento seiungunt, & diuersum tractatū habere iudicarunt.

Ego verò his potius assentio, qui ante Ierusalemorum ruinam, & ante captiuitatem

tatem Iudæorum, Habacum prophetasse arbitrantur: non quòd Oneris nomē hoc exigat, neque quòd verbum Vidit, hoc exquirat. Neque etiam, quòd qui audierint, credituri non sint: vt quidam interpretum argumētatur. Hæc enim omnia, de futura vastatione Babylonis, & de Chaldæorum stupenda ruina, satis cōmodè coaptari potuissent: etiam si Habacuc post Iudæorū captiuitatem prophetasset. At me totius vaticinij contextus, continuataq; oraculorū series, in hanc impulere sententiã, vt existimē: Habacucum ex professo contra Iudam & Benjaminonus tollere, eosq; potissimùm molestos & infœlici vaticinationis pōdere degradare. Cæterum, quoniã (si quis alius Prophetarū maximè) post minas consolationē adiūgit: mox, quasi ex occasione, Chaldæorū vastationem prænuntiat: vt faustū ac lætum Iudæorū reditum in patriã, soluta captiuitate, vaticinetur. Etenim, vt ego puto, hoc est vaticinij argumentū: quod & Diuinus Gregorius Theologus oratione prima sui apologetici subindicauit:

cuiusque

ciusque scholiasies Elias, & Doctissimus Theophylactus, atque alij, quanuis dimi-
nutè & ex parte tantummodò, at a perti-
simè tradiderunt.

SUMMA PROPHETIÆ HUIUS.



Intelligēs Habacuc, nullam
in hoc seculo grauiorē à Deo
peccatoribus infligi pœnā,
grauioresq; nullam inferri
vindiçtā: quā si gratia diuina nudatos
tradat in reprobum sensum, vt faciant ea,
quę non conueniunt: si delinquere impu-
denter palam, nec iam pios ac probos
vereri: deniq; si scelera impunè multipli-
care patiatur. E cōtrario autē, multo tem-
pore nō sinere peccatoribus ex sententia
agere, sed statim vltiones adhibere, effre-
nemque peccandi libidinem intercide-
re, magni beneficij esse indicium. Hęc,
inquām, intelligens Habacuc, perditis-
simi populi Iudeorum calamitosa cōdi-
tione permotus acrē cōtra Deum queri-
monia & incusationē proponit: causatus
quod seuerè nimis, nimis crudeliter vl-
ciscatur, qui vernaculum populum ac

CAP. I.

Ro. 1. 24. 28

Osec. 4. 13.

14.

Psal. 80. 13.

2. Macha.

6. 13.

peculiarem, eò malorum deuenire factus sit, vt nihil iam in eo ex iuris atque rationis præscripto fiat, nullus virtuti ac honestati locus super sit: sed per fractis pudoris & officij repagulis, pecuniæ & imperij cupido, materies omnium malorũ dominetur. Vnde, legibus relegatis, impius præualet aduersus iustum, & egreditur iudicium peruersum. Neque tamẽ Deus iterum ac sæpius Prophetæ precibus & clamoribus interpellatus, exaudiat: neq; vnquàm tantis malis obsistat, & adhibita castigatione coerceat. ¶ Ad hæc tandem versu quinto primi capituli respõdet Deus, & Prophetam bono animo esse, vlticesq; Chaldeorum gentes iam iam aduētantes spectare iubet: breui nanque fore, vt Deus Nabuchodonosorem Regem Babylonis, & populos Chaldæorum immittat, qui debitas Iudæorum sceleribus pœnas irrogent, atque meritam vindictam exposcant. Vastabunt quippè omnia, funditusq; subuertent, & populum ipsum Iudæorum captiuum in Babylonem adducent. Vt autem maiorem

terrorem

Hab. 1. 5.

terrorem incutiat, ac perinde mentes Iudæorum vehementius in suorum criminum considerationē, ac seriam pœnitentiam impellat : miris exaggerationibus Deus, Chaldæorum Regis & gentis potentiam, celeritatē, industriā, ferociam, crudelitatem & immanitatem amplificat. ¶ His minis conterritus Habacuc, *Hab. 1. 12.* extremumq; veritus Iudæorū exitiū, versu duodecimo eiusdē capituli primi, Deū precatur, vt suum populū Chaldæorū flagello, iuxta Patribus promissa, corripiat: nō gladio excindat penitus, & interimat. In hanc autem paternæ castigationis & emendationis spē, duobus potissimū argumentis se adduci, Propheta restatur: Primò quidem, quoniā antiquū Deo sit, se placabilem præbere Iudæis. Secundò, quòd cum Deus peccata maximè detestetur, vt respicere etiā ad iniquitatē non possit: credibile nequaquam aut verosimile sit, minora illum Iudæorū peccata, maioribus Chaldæorū sceleribus vlcisci, & dum expurgat leuiora, grauiora sinere perpetrari. Futurū etenim, vt Nabucho-

C nosor

donosor cuncta deprederetur, demoliatur, euertat: victoriamq; demū idolis, aut propriæ potentia & industriæ, fortissimisq; exercitibus suis insolens ac superbus ascribat. His igitur ratiocinationibus Habacuc bonā de rebus Iudæorū sibi promittit sp̄e, traditāq; in eos Regi Babylonio potestātē, in correptionem & emundationem, non in excidium & extremam perniciē fuisse delegatam, argumentatur. Et his vtrō citroq; dictis, primū caput prophetę concluditur.

CAP. 2. Secundo autē capite, veluti è specula prospectat Habacuc, diuinūque orationi suę respōsum attētis auribus præstolatur. Iubet porrò Deus, quæ viderit, in tabulis apertē & explanatē describere. Videt igitur, non idē Regem Babylonis Iudæorū populo superiorē futurum, vt auctus imperio, & clarus victorijs, illustrior fiat, & opes exinde & honorē acquirat: subactisq; finitimis nationibus, & Iudæa in ditionē redacta, firmiore deinceps regno, & vita latiore potiatur. Imouerò hoc ipsum sibi ad perniciē & maiorē ignomi-

niam

niam parari: breui nanque fore, vt par pari recipiat Babylon; & debitas iniuriarũ pœnas, Dei templo & ciuitati Ierusalem, genti deniq; Iudæorum, impiè & crudeliter illatarum, exsoluat. Neq; tantis periculis & calamitatibus obfistent idola; in quibus sperauerũt Chaldæi: vt potè, quæ simulachra muta sint, & omnis prorsus sensus expertia. His secundum caput absoluitur: neq; tamen hæctenus declarauit Deus, quid de gēte Iudaica statuerit, quæ uè sit finè habitura captiuitas: num Chaldæorũ prænuntiata calamitas, permistos illis captiuos Iudæos pariter oppressura sit, an expiatis seruitute sceleribus, patrias aliquãdo sedes incolumes sint reuisuri.

Consternatus igitur Habacuc, tãtis Iudæorũ & Chaldæorũ præuisis stragibus, incertusq; hucusq; diuinę sentētix, ignarusq; adhuc finis Iudaicę captiuitatis, capite tertio in oratione persistit, quã in fine primi capituli inchoauerat, & pro salute Iudæorũ, quã adhuc ignorat, preces fundit, cõtenditq; à Deo, vt semotis ignoratię tenebris, quę supersunt arcana reuelet,

& de salute populi sui, lætū se atq; cẽtiorẽ faciat. Orat deniq;, vt in medio tam infœliciū annorum, populū Iudæorum, quẽ sibi *Deus* peculiariter asciuit & conformauit, incolumem seruet ac tueatur, memor antiquę illius misericordiæ & benignitatis, quibus olim in monte Sinai in terra promissa, in mari rubro, in Iordane: ante hæc autẽ omnia in *Ægypto*, veteres patres prosequutus est. Vt autẽ efficacius persuadeat *Propheta*, hæc *Dei* beneficia sigillatim recẽset, & per enumerationem amplificat. ¶ Aperitur demū versu decimo sexto tertij capituli pulsanti *Habacuco*, neque optato euẽtu iusti asidua frustratur oratio: audit deniq; (& audiẽs præ lætitia penẽ rũpitur) hunc finẽ manere Iudæos atq; Chaldæos, vt hi penitẽs & irreparabiliter vastandi perpendiq; sint, quo illi captiuitate soluti, honorati ac læti, *Deo*q; victori pœana canentes, in iucundissima *Palæstinæ* montana, & in sedes pristinas reuertantur.

Hoc vtique iuxta historicum sensum huius prophetiæ argumentum esse mihi videtur.

videtur. Neq; impedit, quominus postremum caput Habacuc duobus præcedentibus argumento cohæreat: quòd hoc vltimum carmine conscriptum sit, priora illa soluto sermone. Nam & principium & finis libri Iob prosaica quoq; oratione consistunt: cætera verò capitula omnia pœticis numeris decurrere perhibetur. Postremum similiter Prouerbiorum caput, cum soluta atq; libera oratione exordiat, at maior ac postrema illius pars rhithmis pœticis atq; metris absoluitur. Quæ tamen Hebræis recentioribus non probantur: negat enim carmina vsquam in Scriptura inueniri. Affirmant verò voces quasdam in modum rhithmi in Carminum finibus inculcari. Quæ exornatio apud Rhetores, Similiter desinens nuncupatur. Cæterum quandoquidē terra promissionis cælestem patriam, Iudæorum populus humanū genus, Chaldæi verò dæmones referunt, Zorobabel autem filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec Sacerdos magnus, Esdras etiam & Nehemias, quin & Cyrus Babylonis de-

commodum est, vt Prophetam loquentem audiamus, & singulas sententias interpretemur.

Onus quod vidit Habacuc Propheta.

PRO, *Onus*, in Hebræo habetur נִשָּׂא
 massa, vox deducta à verbo נָשָׂא, quod
 assumere & portare significat. Vnde Se-
 ptuaginta interpretes, hosque sequuti
 Symmachus & Theodotio, λαμβανω, id est,
 assumptio, verterunt, quo vocabulo, mē-
 tis Prophetę raptum, & à rebus huma-
 nis transitionem ad diuinam reuelatio-
 nem signari, Theodoretus existimauit.
 Huic etiam Theophylactus consentit:
 vt tamen aliam quoque dictionis hu-
 ius notationem & significationem in-
 duxerit. Ait enim, Lemma, id est, ca-
 ptio ipsa propheta nominatur: siue
 quòd accipitur ex Deo tradita, siue pro-
 pter prophetiæ mentis acceptionem,
 ac propter ab humanis ad diuinas reue-
 lationes translationem. Hæc ille. San-
 ctissimi nanque Spiritus benignitas,
 inquit Theodoretus, varijs modis erga

mirificos prophetas suam vim ostendēs, quibusdam visa quædam suggessit, vt diuino Isaia, Michæ, Danieli, Ezechieli, & Zachariæ: quibusdam verò per sonitum, quæ volebat, infundebat, vt audire se arbitrentur illi quædam loquentem: alios spiritu prophetico afflabat, & ex illorum ore quæ volebat loquebatur: gratia nimirum prophetica repente eorum mentem corripiens, & à rebus humanis eos abducens & abstrahens, dantes operam & asseruientes verbis propheticis, efficiebat. Hanc igitur assumptionem appellauit mentis raptum, & à rebus humanis traductionem. Hactenus Theodoretus. Veruntamen quid, *Onus*, significet, aperte apud Ieremiam Deus ipse declarat, sic inquit: Si interrogauerit te populus iste, vel Propheta, aut Sacerdos, dicens: Quod est onus Domini? dices ad eos: Vt quid vobis Onus? proijciam quippè vos, dicit Dominus. Et Propheta, & Sacerdos, & populus qui dicit: Onus Domini: visitabo super virum illum, & super domum eius. *Hæc dicetis vnus-*

Ier. 23. 33.

vnusquisque ad proximū, & ad fratrem
 suum: Quid respondit Dominus? Et quid
 loquutus est Dominus? Et onus Domini
 vltra non memorabitur: quia Onus erit
 vnicuiq; sermo suus: & peruertistis ver-
 ba Dei viuentis, Domini exercituū Dei
 nostri. Hæc dices ad Prophetam: Quid
 respondit tibi Dominus? Et, Quid locu-
 tus est Dominus? Si autem Onus Domini
 dixeritis: propter hoc hæc dicit Domi-
 nus, Quia dixistis sermonē istum, Onus
 Domini: & misi ad vos, dicens, Nolite di-
 cere Onus Domini: Propterea ecce ego
 tollam vos portans, & derelinquam vos,
 & ciuitatem quam dedi vobis, & patri-
 bus vestris, à facie mea. Et dabo vos in op-
 probrium sempiternū, & in ignominiam
 æternam, quæ nunquam obliuione dele-
 bitur. Hætenus Jeremias. Quibus Dei
 verbis manifestum fit, Oneris nomine
 infaustum nuntium, duriores & onerosi-
 orem prophetiam, miseriarum pondus
 & afflictionem, excidium denique signi-
 ficari. In qua etiam significatione frequē-
 ter Hispani Oneris abutuntur vocabulo:

Dir cærga, pro, verbis aut etiã factis ali-
 cui esse molestũ & graue Neq; verò pro-
 hibet Deus per Ieremiã, quominus sacri-
 vates oneris vocabulum vsurparët, cùm
 grauiã & molesta prædicerët: siquidem
 hoc ipso Zacharias & Malachias vsi sunt,
 proculdubiò Ieremia posteriores. Sed ve-
 rat, ne quisquã posthac, irridëdo, hac for-
 mula prophetã interroget, quasi nunquã
 Deus per suos vates læta & prospera præ-
 dici voluerit, sed semper in faulta, semper
 tristia, semper demũ per ipsos grauiã &
 molesta prænũtiauerit. Ei qui, cõtra diui-
 num præceptũ, hoc nomine Prophetã in-
 terrogauerit, grauis & onerosus suus ser-
 mo futurus prædicitur: ipsum quippè, tan-
 quã molestũ ac graue onus sibi, procul
 Deus se abiecturũ minatur. Ait em̃: Vos
 estis onus. Projiciã vos. Sic nanq; vertit, &
 exponit Hieronymus: Vos estis onus. Sic
 legit vulgata editio Cõplutensis. Sic etiã
 Septuaginta interpretati sũt: *ὑμεῖς ἐστέ ἀνά-
 μω*, vos estis assumptio. Et inferius, verũ
 trigesimo nono: Tollã vos portans, & de-
 relinquam vos. Id est, Attollã vos altius;
instar

instar farcinę, & inutilis pöderis, vt procul propellā, & lōgius abijciā. Vel, vt non ineptè ex Hebręo alij verterūt: Onerabo vos onere, & proijciam vos. *Habēt enim Hebręa, נשך ופגמ ונשך.* Onus igitur videt *Habacuc*: quia & imminētē Iudęorum captiuitatē, & subsequentem Chaldeorum ruīnam & excidium pręnoscit.

Vidit autē *Habacuc*, nō utiq; corporeis oculis, nō sagaci ratiocinatione, & argumētatione, vel prudētī cōiectura: quibus non rarò sapiētes in posterū prospiciūt viri: Sed acutissimo illō mētis cōtuitu, sextoq; quodā perspicacissimo animi sensu, quo pphetę superno lumine collustrati, & supra omnē humanū captū euecti, procul disritos rerū euetus clarè & sine dubio aliquo prospexerūt, & notis quoq; appositis prænūtiarunt. Neq; enim insanientīū & phanaticorū more, sonū dederunt sine mente: vt olim insanus atq; phanaticus *Mōtanus* hereticus blaterauit. *Petrus* Apostolus apud *Clementē* in libro *Recognitionū* sic inquit: Est & alius sextus sensus, id est, prænoscendi: isti enim quinq;

sensus scientiæ capaces sunt, sextus autē præscientiæ, quem habuere Prophetæ.

*Usquequo Domine clamabo, & non exaudies?
 & vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis?
 Quare ostendisti mihi iniquitatem
 & laborem, videre pradam & iniustitiam
 contra me?*

DOlet, vt diximus, Habacuc miseram vicem Iudæorum: qui eò infœlicitatis & amentię ob cõmissa peccata deuenirent: vt nulla iam Dēi reuerentia, nullo hominum pudore aut timore, à perpetrandis sceleribus arceãtur. Verùm perfricata fronte palam, cuncta per iniuriam & iniquitatem admittant, ablegatisque humanis ac diuinis legibus, opulenti & scelestissimi quique, inopes & innocentes affligant atque proculcent. Neque tamen in tanta flagitia animaduertat Deus, neq; paternã (vt soleret) correptionem & emendationem adhibeat: licet tot Prophetæ clamoribus, tot vociferationibus interpellatus: *Qua sanè nullam*
 in hoc

in hoc seculo Deus peccatoribus penam irrogat grauiorem. Sic enim intelligendum est, Deum nullum non mouere lapidem, nulla non adhibere medicamina, dum spes est sanari nos posse, dum vlla sunt vel minima iustitiæ vestigia. Vbi verò labente paulatim disciplina, deinde magis magisq; lapsis moribus eò peruentum est, vt medicinæ faciendæ locus ob infractam peruicaciam & duritiem non sit, desperatis vetat sapiëntia adhibere medicinam. Non quòd quicquam sit Deo nostra salute charius: sed quia huiusmodi hominibus medicamenta pestifera multis, admodum paucis salutaria esse solent: purgato nisi animo & sano proposito, ratione ac consilio fiant. Subitò cecidit Babylon, inquit Ieremias, & contrita est: vulate super eam, tollite resinã ad dolorem eius, si fortè sanetur. Curauimus Babylonẽ, & non est sanata derelinquamus eam; & eamus vnusquisque in terrã suam: quoniam iam peruënit vsque ad cælos iudicium eius, & eleuatum est vsque ad nubes. Repugnantès ergo retrectantesq; iugũ suauissimum

Ier. 51. 8.

uissimum obstinatè, tanquam insanabiles deserit Deus, auersionem vltimū ducens supplicium. Nec id iniuria: nam si in maximis turbinibus ac fluctibus nauem scientissimus gubernator deserat: euerti illam & mergi certum est: si autem sedens in puppi clauum teneat, & remiges quando inhibere oporteat, quando impetu pulsuque remorum vti, quando mutare velificationem conueniat, doceat: nauis optimè conficit cursum, saluaque in portu collocatur. Quadrigæ verò quem cursum tenere poterunt, non iam si ineptè gubernentur: sed omni prorsus auriga cessante, intractatis & nouis equis ferocitate exultantibus committantur: præcipitari temere & profterni necesse est. Republica quoque legibus aut magistratibus destituta, vides quid sequatur: nihil est quòd quisquam se habere certum, cuiuimodi id sit, arbitretur. Quòd si hæc mortalia mortalibus priuata rectoribus dissoluuntur subito ac pereunt, quid eis euenturum putamus, quos cum in profundum malorum

lorum venerint, neq; pudet quicquam,
 nec metuunt quenquam, neque legē pu-
 tant tenere se vllam? Quos ob eminentem
 audaciam deserit ac derelinquit Deus, vt
 dimissi in desideria cordis sui, euntēque
 in adinventionibus suis, suo se gladio iu-
 gulent. His, tanquā desperatis & mor-
 tifera ac immedicabili plaga sauciatis,
 Deus cauterij vim atq; correctionis &
 castigationis caustica amplius non adhi-
 bet: verū pro libito quibuscūq; vesci, pro
 animi egri appetētia impunē insanire, &
 liberē debacchari permittit. Nō audiuit
 populus meus vocē meā, inquit Dñs, &
 Israel nō intēdit mihi: & dimisi eos secun-
 dum desideria cordis eorū, ibunt in adin-
 uentionibus suis. Paulus verò ad Roma-
 nos sic scribit: Et sicut nō probauerūt Deū
 habere in notitia, tradidit illos De' in re-
 probū sensum, vt faciāt ea quæ nō conue-
 niunt: repletos omni iniquitate, malitia,
 fornicatione, auaritia, nequitia, plenos in
 uidia, homicidio, cōtētionē, dolo, maligni-
 tate, susurrōnes, detractōres, Deo odibiles,
 cōtumeliosos, superbos elatos, innetōres
 malorum,

10. 11. 12. 13.

Psal. 80. 13.

Rom. i. 28.

10. 11. 12. 13.

malorum, parentibus non obediētes, insipientes, incompósitos, sine affectione absque fœdere, sine misericordia. E contrario autem blanda quidem & paterna vox est: Si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint: visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergā ab eo, neq; nocebo in veritate mea. Quem enim diligit, corripit Dominus, & quasi pater in filio complaceat sibi. Vnde gentium doctor aiebat: Tanquā filijs, vobis se offert Deus: quis enim filius, quē non corripit pater? Quod si extra disciplinā estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri & non filij estis. Denique non acerbiter, & inclementiam, sed mansuetudinem atque lenitatem, Dei castigationem existimauit, qui dixit: Quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur. Cū enim humanæ vitæ miseriam ac breuitatem descripsisset, eamq; propter peccatū mortalium

Psal. 88.33

Pro. 3.12.

Heb. 12.6.

Psal. 89.10

talium

talium genus incurrisse, factus sit: hac ipsa
 pœna homines à Deo, non tam inimicè
 castigati, quàm patriè commoneri testa-
 tur. Hinc enim (inquit) tanta vitæ nobis
 breuitas & afflictio: quoniam venit in
 nos mansueta tua castigatio, qua à te pro
 peccatis corripimur: vt ea erudiamur,
 venturâ tuam in nouissimo seculo iram
 & indignationem effugere. Ea quippè
 tanta futura est, vt nemo animo comple-
 cti queat, nulla lingua valeat exprimere,
 quàm terribilis ac formidandus extre-
 mum exercebis iudicium. Proinde Do-
 mine temporali punitione hac, notâ fac
 nobis futuræ iræ tuæ potentiam, & fac
 nos per cœlestem sapientiam corde eru-
 diri, vt præsentis tuæ ultione venturâ intel-
 ligètes, eam effugere studeamus. Harum
 rerum non ignarus Habacuc, & gentis
 Iudæorum miseratione permotus, amicè
 cum Deo atque familiariter iurgatur,
 quòd in maximis illorum sceleribus con-
 niueat, & se tandiù clamantem, & pœ-
 nas ac medicinam exposcentē non exau-
 diat, neque tandiù vociferatē, adhibita

D castiga-

castigationis curatione, aut certè Prophe-
 ta ipso de medio sublato, ab anxia ægritu-
 dine animi & acerbâ molestia liberet &
 exsoluat. Quod enim dicit: *Vimpatiens*:
 Iudæorum se sceleribus concuti, vexari,
 ac torqueri significat. Multis quippe
 nominibus pij viri alienis criminibus
 quatiuntur: dolent nanque ante alia,
 Dei reuerentiam & honorem labefa-
 ctari. Zelo zelatus sum pro Domino Deo
 exercituum (Heliâs iactabat) quia de-
 reliquerunt pactum Domini filij Israël.
 Dauid similiter: Zelus domus tuæ co-
 medit me, & opprobria exprobran-
 tium tibi ceciderunt super me. Quod
 est: Non minus, imò multo magis pro-
 bris, quibus te impij insectantur, affi-
 cior, quàm si me ipsum probris atque
 contumelijs impeterent: quippè cum
 & pietatem violent, & certam sibi per-
 niciem asciscant. Vel, vt Paulus expo-
 nit: Sic pro dictis ac factis gloriæ tuæ
 derogantibus dolui, vt pro eis tan-
 quàm à me ipso commissis, me humi-
 liauerim & afflixerim: iram tuam &
 iustam

iustam ultionem ab ipsis scelerum patroribus auertere conatus. Lugent enim homines probi, cum læsos & iniuriam passos, tum maximè lædentes & iniurios: nam & Aristoteles, minorem esse iniuriam, pati iniuriam: maiorem, iniuriam inferre, decreuit. Et Socrates apud Platonem in Gorgia: Secundum meam sententiam, inquit, ô Pole, qui iniuriatur iniustusque est, omninò est ante alios miser: miserior autem si iniuriarum pœnas nunquàm luat: minus verò miser si luat, suppliciumque iustum dijs hominibusque reportet. Infirmatur ergo cum 2. Cor. ii.
 ægrotantibus Habacuc, & alienis scan- 29.
 dalis vitur: dolet ac queritur, in populo Dei iniquitatem & proborù molestiam & oppressionem, prædam & iniustitiam grassari. Idq; etiam manifestè & palàm, nulla eorù, qui virtute conspicui, Dei honorem & ciuium salutè tutarentur, prorsus habita reuerentia aut pudore. Hoc enim significat, *Contra me*, coram me, & ante oculos meos. Sicq; etiã Septuaginta verterunt: ὑπὲρ τῶν ὀφθαλμῶν μου, id est, Ex ad-

uerlo mei. Hoc quoque persæpè Hebraica dictio ^{וּפְנֵי} importat, coram, ante, in cōspectu, è regione, ex aduerso, vt passim transfertur in vulgata editione Latina, vulgatiórque res est, quàm vt testimonijs debeat comprobari. Vnde & illud: Peccatum meum contra me est semper: hunc habet sensum: Peccatum meū perpetuò coram me est, & sceleris admissi memoria iugiter ob oculos mentis versatur & oberrat: cuius consideratione & aspectu incessanter discrucior & enecor. Porro, *Iniquitas*, vocabulum generale est, omne vitium quo à recta ratione deflectimus, comprehendens. *Labor*, molestiam significat & ea miseriarum genera omnia, quibus premitur humana conditio, quorumq; maxima plerumque pars iustos & innocētes inuadit. *Preda*, omne rapinæ genus est, omnem rerum alienarum iniustā contrectationē & iniquum vsum complectitur, siue fraude aut dolo, siue vi rem alienam contrectari contingat. Pro, *Iniustitia*, idem est nomen in Hebræo, ^{וְיָסוּר}, quod superius pro, *Vi*,
omne

omne iniuriæ & contumeliæ genus,
omne damnum atque malum signifi-
cans. Etenim ex Iudaicæ gentis pecca-
torum aspectu, omnia hæc se perpeti,
Propheta testatur.

*Quare respicis contemptores & taces, con-
culcante impio iustiores se? Et facies ho-
mines quasi pisces maris, & quasi reptilia
non habentia ducem?*

Tota hæc periodus proculdubiò in
hunc locum assumpta & aduentitia
est, non insita Latinæ editioni & innä-
ta: cum in libris Hebraicis, Græcis aut
Chaldaicis non sit, neque in correctio-
ribus Vulgatæ Latinæ editionis codi-
cibus reperiatuf. Certè à Hieronymo
non agnoscitur, neque Haymo, Remi-
gius, aut Rupertus legerunt in hoc lo-
co. Iraque è textu Parisienses sustulere:
& Epanorthotes inter: *Iniustitiam contra
me: & quod postmodum sequitur: Fa-
ctum est iudicium & contradictio potentior:*

nihil interponendum esse censuit. Ergo scioli cuiuspiam audacia inuectum huc est: quoniam Hieronymus in principio commentariorum huius capituli, hæc verba ex occasione præsumpsit. Postquam enim illud: *Videre prædam & iniustitiam contra me*: & quæ præcedunt, iuxta literam & temporis historiam exposuisset, subiecit: Generaliter etiam accipi posse, quòd ex persona humanæ impatientiæ, videns peccatores in hoc seculo diuitijs & honore potiri, Propheeta loquatur, & in querulam vocem ac plenam doloris erumpat: Quare respicis contemptores & taces: conculcante impio iustio rem se? *Et facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem?* Huius occasione putatur, initio capituli hæc ab aliquibus fuisse repetita: at Hieronymus ex sequentibus decimo tertio & decimo quarto versibus recitauit: idque etiam maiori ex parte Septuaginta versionem sequutus. Latine quippe vulgatæ editionis hæc sunt verba: Quare non respicis super ini-
qua

qua agentes & taces, deuorante impio iustiorum se? Et facies homines quasi pisces maris & quasi reptile non habens principem? Neque verò difficile fuerit, hæc verba superioribus coaptare: veruntamen indignum esse arbitror, & à sacrarum literarum dignitate atque auctoritate alienum prorsus & abhorrens existimo: si diuinorum verborum expositores, non tam quod ab Spiritu sancto vnoquoque loco dictatum est, quàm quæ in vnumquemque codicem, qui ad manum sit, per incuriam vel audaciam irreperit, indiscriminatim obseruent & interpretentur. Cùm tamen Tridentina Synodò decretum & statutum fuerit, vt hæc ipsa vetus & vulgata editio quàm emendatissimè imprimatur. Quod vtiq; nunquã assequemur, nūquàm cōtinget, nisi diuinorū voluminum & scriptores & interpretes, exacto iudicio & pensicula inuestigatione, veram sacrarum verborum lectionem, & vernaculas ac natiuas sententiās, ex probatissimis ac emendatissimis exemplaribus habere studuerint.

Et factum est iudicium & contradictio potentior.

Cruciaci se ac consumi, dixerat Habacuc: quod nihil ferè in populo Dei, præter iniquitatem & laborem, prædam & iniustitiam videret. Quocumque pergeret, hæc tantum haberet obuiam, in hæc passim incideret: eo quòd vndique ac publicè grassarentur. His adiungit: rixam ac contentiõnem ad summum deuenisse, steterisque in præcipiti: verbum enim נָפַץ, à quo deducitur Hebraica vox, quæ Latinè transfertur *Potentior*, subleuare & exaltare significat. Ergo verborum Prophetæ eadem quæ & Poëtæ sententia est.

*Nil erit ulterius quod nostris moribus addat
Posteritas, eadem cupient facientque minores.*

Omne in præcipiti vitium stetit.

Vel, mansuetis ac mitibus hominibus depressis & abiectis, contentiosos & iniurios extolli atque dominari, conqueritur Habacuc: dum enim mansueti ac sedati viri facillè cedunt, rixosi & turbulenti re-

rum publicarum potiuntur, & tyrannidem in illos exercent. Vt autem Prophetæ verba commodiùs intelligantur, scire oportet: nomen, *Iudicij*, apud Latinum interpretem, plures habere significaciones, iuxta varia Hebraicæ lingue vocabula, pro quibus omnibus hæc vna vox in vulgata editione poni consuevit. Quandoque enim vocabulum Hebraicum *דן*, hoc nomine Iudicium commutatur, vt est apud Iob: *Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumq; recipies.* Sæpius ponitur pro dictione *מַשָּׁפֵט*, vt in Deuteronomio: *Maledictus qui peruertit iudicium.* Et in hoc ipso Propheta. vbi versu sequenti legimus: *Propterea egreditur iudicium peruersum.* Attamen in hoc, quem exponimus, loco, pro, *Iudicij*, in Hebræo est *דָּן*, quod propriè iudicij anteriorem partem & initium, nempè litigiū & litigantium concertationem importat. Vnde Deuteronomij capite decimo septimo, vbi legimus: *Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris inter sanguinē & san-*

*Iob. 36. 17.**Deut. 27.**19.**Deut. 17. 8**& san-*

& sanguinē, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicum inter portas tuas videris verba variari. Hebræi legunt: Verba litigiorum seu litium, id est, litigantium in portis tuis. Est enim in Hebræo plurale, ריבות. Hinc ad rixam & iurgium transfertur, etiam si causa coram iudice

Gen. 13.7.

non agatur: qualis facta est rixa inter pastores gregum Abram & Lot. Hoc enim vocabulo nuncupatur in Hebræo, quod etiam iurgium mox vertit Latinus interpretes. Subdit etenim Abram: Ne quæso sit iurgiū inter me & te. Septuaginta vertunt Pugnā. Hęc eadē significationis vis

Psal. 34. i.

& notatio illarū dictionū est: Iudica Domine nocentes me. Id est, Domine suscipe pro me rixā, quā maleuoli parāt aduer-

Psal. 73. 22

sum me. Et illud: Surge Domine, iudica causam tuā. Et illud etiā apertissimè apud

Ier. 2. 9.

Ieremiam: Propterea adhuc iudicio contendā vobiscū, ait Dñs, & cū filiis vestris disceptabo. In Hebræo nanq; pro iudicio contendam: vnicum est verbum אָרִיב id est, litigabo, disceptabo, contendam. Sed hætenus de iudicio dixisse sufficiat.

Eius-

Eiusdem significationis est, *Contradictio*, ponitur liquidem in Hebræo *רִיבָה*: quæ vox, quoniam deducitur à verbo *רָיב*, litem, rixam, iurgium & contentionem significat. Nam ubi legimus in *Pro. 15. 18* uerbis: *Vir iracundus prouocat rixas. Et ibi quoq; Homo peruersus (vel ut habet *Pro. 16. 28.* Hebræa: Delator & susurro) suscitatur litē.* Sed & ibi: *Eijce derisorē, & exhibit cū eo *Pro. 22. 10* iurgiū: pro Rixa, pro Lite, pro Iurgio, in Hebræo habetur, *רִיבָה*. Eandē ergo rem ac sententiā, quāuis alio vocabulo, repetit *Habacuc*, sunt etenim repetitiones istę affectu plenę, & ob id in Scriptura creberrimę. Quod autē dixit *Hilarius*: Non solita est diuina Scriptura res easdē geminis elocutionib⁹ iterare: sic intelligo: Sacros auctores nō nudè tantū per tautologiā repetere: sed, vel cū sententiā, vel saltē affectus augmento, vel maiore elucidatione, vel expressi⁹, ut *Oecumenius* fecisse Paulū affirmat. Deplorat igitur & conqueritur *Habacuc*, iuriosos ac vitiligatores, quique sola prauitate contentionē querunt, extolli, & in republica Iudæorū, cæteris omni-*

omnibus imperitare: piorum atque iustorum facultates & bona, nunc vi, nunc fraude & calliditate corradere, denique aut arte aut violentia honores ac magistratus & populi regimen inuadentes, rerum omnium summa & reipublice gubernatione potiri. Et quoniam, ut præcepit Plato, necesse est, malam animam malè imperare atque curare:

Propter hoc lacerata est lex, & non peruenit usque ad finem iudicium: quia impius preualet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum.

Quoniam ambitiosi, inquit Propheta, & litigiosi rempublicam administrant, atque magistratus & honores in ciuitate, denique iurisdicendi potestatem indispiscuntur: ideò leges laceratæ sunt, vel quòd verbum Hebraicum ^{אב}, proprius significat, remissæ ac relaxatæ. Vnde consequens fit, ut iudicia debitum ac destinatum finem non assequantur. Est autem in hoc

hoc loco pro, *Iudicium*, ⲓⲛⲓⲛⲓ, quæ vox veri ac legitimi iudicis officium & munus complectitur: rectumq; , & ex iure ac legibus iudicium prolatum comprehendit. Iudicia verò omnia, vt inquit Cicero, aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperia sunt: legitima verò & iusta tunc erunt iudicia, si ius suum vnicuiq; tribuerint, si bonos honore, malos autem supplicijs affecerint, si demum iustum ab iniusto, bonum à malo, scientia, non opinione se creuerint. Iudiciū quippe, vt docet Aristoteles, iusti atq; iniusti diiudicatio est: Magistratus verò, iusti ac legum propugnator & custos. Legum nanque proprium munus hoc est, cuncta ex rationis præscripto moderari, mortalium vitam dirigere, quidq; æquum, quidq; iniquum sit, iudices atq; magistratus docere. Mandatum, ait Sapiens, lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ. His sanè amotis & extinctis, iudicium contenebrescat, oportet: amissa via, aberret iudex, necesse est. Non secundū legem scriptam

iudi-

Pro. 6. 23.

iudicare, sed secundum iudicantis arbitrium statuere, quanquam permisit Plato, at meritò Aristoteles periculosum esse duxit. Sunt utique leges amulsis & regula iudiciorum: his relegatis & amandatis, vel certè relaxatis atque distortis, iudicium à rectitudine deflectet: legibus & iudicijs enectis, concidat respublica necessum est. Demosthenes quippe ciuitatis animam leges esse dicebat, ut enim exanime corpus procumbit, similiter ciuitas, si leges abfuerint, non consistit.

Cæterum, pro, *Usque ad finem*, in Hebræo habetur *עד עולם*, id est, In seculum, vel In æternum. Quæ vox sicut in oratione affirmatiua significat Semper, vel Perpetuò, ut est illud: *Usquequo Domine obliuisceris me in finem*. Et illud quoque: *Laborabit in æternum, & uiuet adhuc in finem*. Sic in oratione negatiua significat Nunquam. Cuiusmodi est illud: *Auertit faciem suam, ne videat in finem*, id est, ne unquam, vel

Psal. 12. 1.

Psal. 48. 10

Psal. 10. 11.

vel, vt nunquàm consideret. Et illud *Psal. 9. 19.*
 etiam: Quoniam non in finem obliuio
 erit pauperis. Hoc est: Quoniam nun-
 quàm Deus pauperis obliuiscetur. Er-
 go Prophetæ nostrî sensus is est: Propter
 hoc, quòd in republica Iudæorum iuris
 atque legum tutela, iudiciorumque po-
 testas, ad iniquos & iniurios ciues, ad
 raptores & litigiosos deuoluta est, eue-
 nit, vt dilaniatis & amandatis legibus
 nunquàm verum ac legitimum iudi-
 cium proferatur. De vero quippe &
 legitimo iudicio loquitur Habacuc,
 quodque omnibus suis partibus inte-
 grum & absolutum existat, & anima
 (quam ex Demosthene legem esse di-
 ximus) informetur. Etenim, vt ho-
 mo mortuus, Aristotele autore, quan-
 quàm figuræ formam habeat can-
 dem, tamen homo simpliciter non est,
 sed Homo mortuus esse dicitur: Sic
 etiam iudicium, iustitia & æquitate
 destitutum, non vtique iudicium ve-
 rè est: sed iudicium peruersum vel à
 nostro quoque Propheta nuncupatur.
 Quod

et e. l. Quod enim adiungit: *Quia impius praua let aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum.* Superioris sententiæ repetitio est, & eorum quæ inuolutius dixerat explicatio. Declarat siquidem Habacuc per Rixam & Contentionē potentiores effectas, impios & improbos intellexisse, qui, probis ac iustis repulsis ciuibus, potentiam & magistratum fuerint adepti. Declarat itidem, nunquam peruenire iudicium: quoniam semper egreditur iudicium peruersum.

Porro operępretium annotare est, in Hebręo pro, *Praualet*, esse verbum, *חָבַר*, quod vallare & circundare significat. Dicitio autem, *אָדָּר*, pro qua transtulit Aduersus editio vulgata: articulus quoque est, plerunque accusatiuo deseruiens. Itaque commodissimè ex Hebręo verteretur: *Quia impius vallat aut circūdat iustum.* Cæterum in Diuina Scriptura, qui alium tuendum ac defendendum suscepit, illum vallare atq; circundare perhibetur. Nūquid *Iob* frustra timet Deum? inquit *Satan*. Nonne tu vallasti eum, ac domum eius

Iob. 1. 9.

eius, vniuersam que substantiam per circuitum? David autem: Multa flagella peccatoris: sperantem autem in Domino misericordia circundabit. *Psal. 31. 10.* Ac rursus: Immittet (hoc est, diffundet sese) Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. *Psal. 33. 8.* Est enim pro Immittet, Græcè, περιμβάλω, id est, castrametabitur. Et in Hebræo, מִן, cuius vice Vulgatus *Exo. 13. 20* interpretes sepiusimè Circundare, Castra *Exo. 14. 2.* ponere, vel Castrametari, interpretatus *Zach. 9. 8.* est. Hinc euenit, quòd victores olim, qui que patriam aut ciuem seruassent, corona donarentur: mûri quippè corona typum gerit. Quasi ille ciui aut patriæ murus ac vallum fuisset, qui seruasset. Nam & pro muro in sacris literis esse dicitur, qui alium ab iniuria vindicauerit. De David enim, & de eius comitibus ait vnus de pueris Nabal: Pro muro erant nobis tam in nocte quàm in die, omnibus diebus, quibus pauimus apud eos greges. Imò verò corona siue diadema regis in Hebræo vocatur חָמַר, quasi vallum, aut murus: *Esth. 1. 11.* *Esth. 2. 17.*

E quòd

quòd Rex subditis atque reipublicæ pro muro ac vallo esse cōueniat. Ergo, vt propositum agamus, hæc Prophetæ verba huic sensum habere cēsemus: Propterea quod impijs ac sceleratis hominibus iustorū & innocentum custodia, vt ouium lupo, cōmissa est: semper egreditur iudicium peruersum. Gubernari oportet malos à bonis, *Euripides* aiebat, & parere se meliōribus: si verò impios in ciuitate promoueris, sursum atque deorsum vita nostrā inopinatò tota peruertetur. Sutores, dixit *Plato*, si prauī & perditī sint, quanquàm dissimulet, nihil inde periculi ciuitati imminet. Custodes verò legum & ciuitatis, si nō re vera sint, sed videātur tantum, urbem totam funditus perdunt.

Haecenus *Habacuc*, dum illis à Deo medicinam exposcit, Iudæorum peccata recensuit. Maximè verò (quod omnibus Prophetis familiare est) Principes & Magistratus incusat: quoniam quicquid in republica iniquitatis ac scelerum sit, ab his, tanquàm à turbido & lutulento fonte deriuetur. Etenim, secundum iudi-

cem populi, inquit Sirach, sic & ministri *Ecccl. 10. 2.*
 eius: & qualis rector est ciuitatis, tales &
 inhabitantes in ea. Facere rectè ciues suos,
 inquit Velleius Paterculus, princeps opti-
 mè faciendo docet: cumq; sit imperio ma-
 ximus, exemplo est maior. Neoptolemus
 apud Sophocle in Philoctete, dum simu-
 late conqueritur, arma patris sui Achillis
 iniuste sibi fuisse prærepta, & Vlissi data,
 sic ait:

Principibus omnia, quos penes rerum fuit

Sûma, imputo: nã urbs à magistratu, à ducè.

Exercitus d. pendet: exemplo ducum

Pecant frequenter milites.

Quales autè fuerint Principes Iudæorû, *Soph. 3. 3.*

graphicè describit Sophonias, dicès: Prin-
 cipes eius in medio eius, quasi leones ru-
 gientes: iudices eius lupi vespere, nõ re-
 linquebāt in mane. Latius autè Ezechiel: *Ezec. 22. 6.*

Eccè Principes Israel singuli in brachio
 suo fuerunt in te (ò Ierusal.) ad effunde-
 dum sanguinè. Patrè & matrem cõiun-
 lijs affecerunt in te, aduenā calumniati sūt
 in medio tui, pupillū & viduā contrista-
 uerunt apud te. Sanctuaria mea spreuistis,

2. o. 1. 1. 3. & sabbathā meā polluistis. Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem, & super montes comederunt in te, scelus operati sunt in medio tui. Verecūdiora patris discooperuerūt in te, immunditiam menstruatæ humiliauerunt in te. Et vnusquisq; in vxorē pximi sui operatus est abominationē, & socer nurū suam polluit nefariē, frater sororē suā filiā patris sui oppressit in te. Munera acceperūt apud te ad effundendū sanguinē: vsuram & superabundantiam suscepisti, & auarē proximos tuos calūniabaris: meiq; oblita es, ait Dñs Deus. Veruntamē querelarū satis sit: iam quid Dominus Habacuco responderit, audiamus.

Aspicite in gētib; & videte, & admiramini, & obstupescite: quia opus factū est in diebus vestris, quod nemo credet cū narrabitur.

NON diū patitur misericors Deus, an-
 gi iustū, & expectatione torqueri: nō
 diu sustinet, piorum vota esse irrita, qui
 cordis pauperū etiam præparationē exau-
 dit. Solatur igitur tandem Habacucum,
 iam iam Iudaicarū iniquitatū suppliciū
 & ca-

& castigationem imminere prænūtiāns: aduentare quippè propediem Chaldæos, efferam gentem qui debitam ultionem exposcant. Ita tamen suppliciorum optimus artifex minas & terrores attemperat, vt futuræ calamitatis mole propōsita, metum auditoribus & religionem incutiat: illosq; ipsos, quibus minas & terrores intentat, à corrupta & praua vitæ consuetudine, ad morum emendationē & correctionem hortetur, adq; officium & honestatem traducat. Futurum proculdubio, vt si vel minis deterriti resipiscant: supplicia quoque & pœnas, & prænuntiatas calamitates euadāt. Scriptum nanque est: Si dixerō impio, morte morieris, & egerit pœnitentiam à peccato suo, feceritq; iudicium & iustitiam, & pignus restituerit ille impius, rapinamq; reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniustum: vita viuet & non morietur. Omnia peccata eius quæ peccauit, non imputabuntur ei: iudicium & iustitiam fecit, vita viuet. Ergo, vt ludæos Deus ad scelerum pœnitentiam

Ezech. 33.

14.

tentiam impellat, malorum impendentium magnitudinem, flagellorum acerbiter, multis ac miris modis amplificat. *Hostium* quippe genus & animos, mores, copias, technas, & velocitatem, promptitudinem, apparatus, cæteraque id genus omnia enumerat, explicat, exag-
 gerat: quibus maior in bello crudelitas, maior calamitas timeri queat. Ait enim: *Aspicite in gentibus* & videte, & admiramini, & obstupescite. Priora verba supplicij celeritatem, posteriora immanitatem significant. His fieri incipientibus, ait Dominus, respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. *Isaias* verò: *Obstupescite & admiramini: fluctuate & vacillate: inebriamini, & non à vino: mouemini, & non ab ebrietate. Quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis: claudet oculos vestros; Prophetas & Principes vestros, qui vident visiones; operiet. Porro* *Aspicite in gentibus*, idem est, quòd *Aspicite gentes: videte propediem ingruentes & aduentantes Chaldæos.* *Hebræis* enim

Luc. 21. 28

Isa. 29. 9.

41

actiua verba, ו, litera adhaesionis con-
 struuntur pro accusatiuo. Cuiusmodi est
 illud in Psalmis: Quoniã tu hæreditabis *Psal. 81. 2.*
 in omnibus gentibus: pro, hæreditabis
 omnes gentes. *Obstupescite & admiramini:*
 pro, Videte admiranda atque stupenda,
 positum est: neque enim huiusmodi affe-
 ctiones imperari alicui possunt: quippe
 cum non volentes, sed inuitos potius, idq;
 etiã subito soléat opprimere. Veruntamẽ
 quicumq; earum affectionũ antecedentẽ
 imperat actionẽ, ipsas easdẽ naturæ lege
 consequentes imperare videtur. Neque
 enim fieri potest, vt qui tam in mane &
 ferox spectaculũ videat, non admiretur
 & stupefeat. Sunt prætereã qui putent,
Aspicite, ad oculorum sensum. *Videte,*
 ad animum & cogitationem pertinere:
 ex cogitatione porro admirationem, ex
 admiratione demũ stuporem prouenire:
 deniq; in cremento vti Prophetã, figura in
 rethoricis satis ad amplificandũ accom-
 data, & diuinis scriptoribus non incogni-
 ta. At verò in Hebræo, pro, *Admiramini,* &
Obstupescite, idem geminatur verbũ, ון

Admiramini, admiramini, quomodo & Pagninus interpretatur. Repetita autem eiusdem verbi geminatio, vehementiorem atque concitatiorem efficit orationem. *Quia opus factum est in diebus vestris.* Præteritum pro futuro, vsitatissimo Prophetarum more positum est. Septuaginta per præsens tempus verterunt: *Quia opus ego operor in diebus vestris.* Pagninus nobiscum consentit. At Symmachus per futurum transtulit: *Quia opus fiet in diebus vestris.* Huic consonat Noua editio, Vatabli annotationibus illustrata: *Opus operabor in diebus vestris.* Quoquo autem modo transtuleris, verba certe sunt Dei, significantis, eam calamitatem non casu aut fortuna, sed diuino cõsilio euenturam. Ego ego sum, inquit Deus, qui deploratissimis vestris moribus supplicium paro, *Quod nemo credet cum narrabitur.* Ego sum qui non longo post tempore, sed in diebus vestris tradam vos hostibus, qui nulla non dira duraque in vos exercebunt facinora, quibus haud quaquam in posterum quisquam adhibebit

bebit fidem. Nam sc̄p̄e veritas, sine verisimilitudine, fidem non potest facere, vt Cicero ad Herennium scripsit.

Quia ecce ego suscitabo Chaldaeos, ḡetem amarā & velocem, ambulāntem super latitudinem terrae, vt possideat tabernacula non sua.

ECce, aduerbiū demonstrandi est, reiq; præsentiam, aut proximitatem, atque celeritatem significat, & sc̄p̄issimè in diuina Scriptura, rei, cui præponitur, nouitatem vel magnitudinem solet indicare. Pronomen, *Ego*, emphasin habet, & cùm Iudaicorum scelerum immanitatē, tum Dei indignationē adauget. *Ego*, scilicet Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus patrum vestrerum, qui vos in peculium & funiculum hæreditatis elegeram, qui quasi pupillam oculi custodite consueueram: ecce suscitabo Chaldæos in vestram vastationem atque ruinā. Est autem verbum, *Suscitare*, translaticium ab his qui vacantem aliquem atque ocio, somnoq;

somnoq; indulgentē, ad mūnus aliquod
 obeundum excitant atq; sollicitant: me-
 taphora sanè in diuinis literis vsitatissi-
 ma, quæq; ad aliquid vehementius agen-
 dum, siue in bonum siue in malū, temper
 vsurpetur. *Chaldæorum* nomine, Babylo-
 nios intelligit diuina Scriptura. Fuit enim
 Babylon Chaldaicarum gentium caput
 atque metropolis: propter quam etiā reli-
 qua pars Mesopotamiæ Assyriæq;, Baby-
 lonia appellata est. Hoc apertè ostendit
Ezechiel, cū Sedechiæ Regis captiuita-
 tem prædicens, ait: Extēdam rete meum
 super eum, & capietur in sagena mea: &
 adducam eum in Babylonem in terram
Chaldæorum. Vel, vt expressius habent
 Hebræa: Adducam eum in Babylonem
 terram *Chaldæorum*. Neque enim in He-
 bræo repetitur præpositio In: sed differē-
 tiæ gratia apponitur Terram *Chaldæorū*.
 Est nanque in Ægypto altera Babylon,
 cuius Stephanus, Strabo, & Ptolemæus
 meminerunt: quanuis Strabo eam magis
Arabie contribuit. Vnde & Arabum lin-
 gua Chairum illam vocant: quæ vox non
 aliud

aliud nobis indicat, quàm Babylonem. Condidérunt autem eam profugi quidã ex Babylone Chaldaica. Vel; quod additur: Terram Chaldæorum: epitasin habet, quasi dicat: Adducam eum in Babylonẽ, terram seuissimorũ hostium. Similiter & Habacuc, cùm dixisset: *Suscitabo Chaldaos*, apponitè vestigio: *Gentem amaram*. Aristoteles amaros eos esse definit, qui cum difficultate placantur, & longo tempore sunt sub ira. Sunt autẽ huiusmodi homines & sibiipsis, & amicissimis quoq; permolesti. At ego, *Amaram*, in hoc loco imperiosam, ac tyrãnidis affectatricẽ interpretor: nã & hoc subiuncta declarant, & verbũ *אמ*, in lingua Chaldaica, Dominũ sonat, aut dominantem. Vt apud Danielem: Verè Deus vester, Deus deorum est; & Dñs Regũ. Et rursus apud eundẽ: Dñe mi, somniũ his qui te oderunt. Consentaneũ porrò est, Chaldæos Chaldaica dictione notari. Morosi igitur ac difficiles sunt, truces, & dominãdi percupidi. *Veloces* præterea atq; celerrimi sunt, & in exequedis cõsilijs diligentissimi. Celeritas aut quod

Dan. 2. 47

Dan. 4. 16

quod Vegetius testatur, in rebus bellicis amplius solet prodesse, quàm virtus. Ad hæc, assueti sunt bellis, atque in his educati: nam *Ambulant super latitudinē terra*, id est, hæc & illac cunctas nationes inuadunt, ac bellis laceffunt. *Ut possideant tabernacula non sua*. Neque enim alienas regiones diripiūt tantum, & deinde reuertuntur, vt vos in spem veniatis, patriam denuò posse repetere: verùm hic eis scopus, hæc mens est, vt hereditariò domos non suas occupent & inhabitent. Alij verò his verbis: *Ambulantem super latitudinem terra*. siue super latitudines terræ, quod habent Hebræa: Chalæorum copiam & multitudinem significari autumant. Vsque ad eò enim magnum exercitum collecturus erat Nabuchodonosor, vt non posset locis angustis capi: sed planitiem ingentem occupare. Quòd si locum qui eos caperet, amplissimum esse oportebat, copiosissimum esse eorum exercitum necesse fuit.

*Horribilis & terribilis est, ex semetipsa iudiciũ
& onus eius egredietur.*

Trucu-

TRuculenta gens est, quæque vultu
 crudelitatem præfert, aliosq; terret.
 Utq; Virgilius dixit de Polyfemo.

Nec visu facilis, nec dictu effabilis ulli.

Omnimodis quippe Deus terrorem cala-
 mitatis amplificat. Ex hac igitur immani,
 imperiosa, celerrima, strenua, atque nu-
 merosa Chaldæorum gente, supplicium
 atq; vindicta eius sceleratissimi Iudæorū
 populi egrediet, ô Habacuc, quæ tu tātis
 flagitijs cōtaminatū, tātis criminibus ob-
 noxiū deploras. *Hac ipsa rapacissima, no-
 cētissima, & iniustissima Chaldæorū ma-
 nu, iniquitatē, laborem, prædā, & iniusti-
 tiā Iudæorū vlciscar.* Etenim, vt vetus Poë-
 ta quidā dixit: Improbos aduersus armat
 impbitas, p̄bè. *On*°, porrò hoc est, quod se
 vidisse, ab initio dixerat Habacuc: Relati-
 uūverò, *Eius*, populū indicat Iudæorū, cui⁹
 peccata p̄pheta recēserat. Frequēs enim *Psal.* 113. 2.
 diuinis scriptoribus mos est, relatiuū po-
 nere sine antecedēte, quale est illud: Facta
 est Iudæa factificatio eius (Dei. S.) Israel po-
 testas ei⁹: vel certè, *Eius*, ad impiū refert, de
 quo antè dixerat Habacuc: Quia impius
 præ-

præualet aduersus iustū, propterea egreditur iudicium peruersum.

*Leuioreis pardis equi eius, & velocioreis lupis
vespertinis.*

Proposuerat Prophetæ Deus, Chaldæorum gentem molestam atq; amarā esse omnibus, imperij auidā, & gentili velocitate (vt de Hispaniis dixit Frontinus) aptissimā ad furta bellorū. Hæc ipsa, de more diuinæ Scripturæ, nunc explicat, & quæ pressius proposuerat, explicatius dilatat. Sacris quippeliteris genus illud repetitionis familiare est, quo id, quod breuioribus dictum fuerat prius, postea clarioribus verbis & explanationibus recinitur & inculcatur: ita vt posterior ac subiuncta pars sit veluti prioris interpretamentum. Ergo, quod velocem appellauerat, nunc exponit, celeresque esse docet: quoniam velocissimis equis vtantur, quæ præcipua equorum est gloria; nam pulchritudine excellere, ad luxū potius, quam ad utilitatem spectat.

Opti-

*Optimus hic, quocunque venis de gramine,
cuius*

*Clara fuga ante alios, es primus in equore
pulvis.*

Sophocles in Oedipo Colonoæ, ab equorum præstantia maximè Atticam regionem commendat, sic dicens:

Laus alia adhuc memoranda

Restat, qua vel maximè hæc

Lucida tollitur urbs ad sidera:

Hoc magni insigne Dei munus,

Quòd equis excellat præstantibus.

Comparatione autem, equorum velocitatem amplificat Habacuc, atque hæc omnia ad calamitatis augmentum, & ad hostium militarem virtutem exaggerandam, tot figuris, tantòq; verborum ambitu referuntur.

Leuiore pardi equi eius. In ferarum genere pardi velocissimi sunt, vt etiam in Africa condensa arborum insidant, occultatiq; earum ramis in prætereuntia disiliant, atque è volucrum sede grassentur. Quòd autem in equorum pernitate, nõ ceruorum, non leporù, non aliorù

anima-

animalium, quæ cursu præstant, sed pardorum meminerit, in causa illud esse videtur: quod pardis, leonibus, tygridi, atq; alijs id genus feris, non tam ad fugiendū, quam ad persequendum, velocitas à natura cōcessa est. Quam rem & vates noster notat, & Chaldæorum equis tribuit, qui non solū leues, sed efferi quoque sint, & etiam ad nocendum parati. Plurimum enim in prælijs, & equi nocere solent: ij præsertim qui ad bellicam disciplinam instructi, & frequenti pugnandi vsu exercitati sunt. Tales enim, natura feroces, vincendi consuetudine ferociores euadunt, & sanguine gaudēt effuso, & lituis atque tubis auditis exultant. Equus namque, vt est apud Maronem.

Si qua sonum procul arma dedere,

Stare loco nescit: micat auribus, & tremit

artus:

Collectumq; premēs voluit sub naribus ignē.

Inter equos porrò quos tellus educat, omnes

Anteuolant celeres rapida leuitate Sicani,

Qui depascuntur Lilybaei gramine mollē,

Tinacriāq; onus Enceladi populatur anhelis,

Qua

*Qua Aetna flammivomis eructat faucibus
ignes.*

*Armenij Siculis, Parthiq; Euphratis ad un-
Præstant.*

Ut canit Oppianus, qui
Chaldaeorum equorum ferociam ac ve-
locitatem sic in alio loco describit:

*Qui habitant virides Euphratis ad undas,
Magnanimis utuntur equis in bella leonũ.*

*Lumina glauca vibrant, & magnum in pe-
Etore robur*

Esse at audaces animos ad feruida bella.

Accedit leuitas cursus, quodq; ora leonis

Intrepide perferre valent, vocesq; superbas,

Cũ reliqui fremis? nequeãt tolerare minaces.

Hoc ipsum significat Habacuc, & vt gen-
tis Chaldaicæ truculentiam atq; ferocitatẽ
ostẽdat, rẽ ipsam ab equorũ pernicitate
atq; ferocitate exaggerat: qui, ad nocẽdũ
velocitate pardos quoq; & animositate
antecellant. Ididẽ Vates, ad maiorẽ exag-
gerationem, alia atque alia repetita cõpa-
ratione rursus amplificat: addit enim.

Et velociores lupis vespertinis.

EST lupus truculentissimum animal,
& ad sæuitiã in primis genitũ, quo nul-

lum aliud magis à pastorib⁹ timetur: propterea q³ non solū ventris & famis gratia prædas parat, sed ad crudelitatem ac ferocitatem explendam; totos sæpè greges trucidat. Acutissimus deniq; & audacissimus est lupo, utpote qui multa milliaria nocte vna cōficere solet, cumq; ad prædam peruētum fuerit, omnia loca circumire, omnes aditus tentare, vndique procurere, omnia circūspicere, ut & sibi ab insidijs caueat, & rapiendi commoditatem percipiat. Sunt autem plura luporum genera, inestq; omnibus natiua celeritas.

*Pl⁹ satis hui⁹ abactoris sua cognita forma est,
Quem iaculatore primū dixere magistri.*

*Corporis est habitu paruo, sed mēbra torosus,
Et vastus caput, e⁹ cursu rapidissimus idē.*

Est alius membris e⁹ toto corpore maior

Isto, quiq; lupos præuertit cursibus omnes:

Accipitrē quidē appellāt, rapidumq; latronē.

Hic magno fremitu cupidā petit arduus escā,

Dū imperiosa famēs sub prima crepuscula co

Ast alter toto nigrescit corpore, quāuis (git.

Exiguus sit, ei tamen insunt robora magna.

Præcipuè lepores venatur, e⁹ impete magno.

Arre-

Arrectis horrore pilis inuadit in illos.

Sūt igitur lupi celerrimi, utpotè qui cursu lepores velocissimos assequantur. Nicolaus Leonicus libro. 1. de varia historia: In Sardinia, inquit, lupi inueniuntur, magnitudine quidē à cæteris aliarū regionū lupis non differētes, corporis autē admiranda forma conspicui. Siquidē agrestibus similes arietibus sunt armis villosioribus, cornua verò habēt nō à frōte exeuntia, & in longū extensa: sed secundū aures conuoluta. Mira autem corporum velocitate, vel omnia animalia facilè superare dicuntur. *Hæc ille.* Meritò igitur Habacuc, ut Chaldæorum equorū pernicitatē exprimeret, luporum velocitatē in comparisonem adduxit: cū omnia luporū genera mira celeritate præpolleant.

Vespertinos autem idē quidam vocari arbitrantur, quæ hæc ferarum genera, quæ cede atque rapina viuūt, noctu suas prædas facere plerūq; solent. Quod elegatissimè describit Psalmograph⁹. Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertansibunt omnes bestia syluæ. Catuli leonum ru-

gientes vt rapiant, & quærant à Deo escã sibi. Ortus est Sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Nocturnos ergo lupos dici volunt, quòd eo potissimum tempore escas sibi paraturi vagentur & errent. Veruntamè cum ratio hæc omnibus feris communis sit: cur potius *Vespertinos* lupos, quàm pardos appellat Propheta? Imouero, cur cõstanter diuini vates hoc epitheto lupum tantummodo, non pardum, non leonem, aut aliud quodpiam rapacium animalium notarunt? Nam & Sophonias sic scribit: Iudices eius lupi vespere, id est, vespertini. Est enim in Hebræo לָבִיָּע similiter vt apud *Habacuc*. *Jeremias* quoque: *Lupus ad vespere* vastabit eos. *Ad vespere* porrò dixit, pro *Lupus vespertinus*, vel, *Lupus nocturnus*. Sic enim habent *Hebræa*, לָבִיָּע. Et cum *Jeremias* leonũ, luporũ, atq; pardorũ pariter meminisset, solis lupis hoc tribuit epitheton. Ait enim: Idcirco percussit eos leo de sylua, lupus ad vespere vastauit eos, pardus vigilas super ciuitates eorum. Adde, quod hi, qui de animalium pro-

Soph. 3. 3.

Jer. 5. 6.

pro-

proprietatibus scripserunt, id lupo præ
 cæteris proprium ac peculiare esse aiunt,
 primo diluculo venatum egredi, noctur-
 naq; fame & inedia irritatum, velociore
 atque ferociorem in prædã inuehi. Vn-
 de quod Virgilius dixit: Lupum nocte su-
 per media venari: ultra mediam noctem
 circaq; matutina crepuscula significare
 non dubito. Verba porrò Poætæ subscri-
 bam:

*Ac veluti pleno lupo insidiatus ouili,
 Cum fremit ad caulas ventos perpeffus est
 imbres*

*Nocte super media, tuti sub matribus agni
 Balatũ exercent: ille asper est improbus ira
 Sauiit in absentes: collecta fatigat edendi
 Ex longo rabies, est sicca sanguine fauces.*

Id ipsum sed apertius cecinit Oppianus
 cum dixit, vt paulò antè retulimus.

*Hic magno fremitu cupidam petit arduis
 escam,*

*Dum imperiosa fames sub prima crepuscu-
 la cogit.*

Neque enim crepusculum vespertinum
 sed diluculum, matutinumque designat,

primam denique lucē, quam *Homerum*
 ἡμφύλυκην νυκτὴν appellasse, notat *Ælianus*:
 quòd tunc cernens lupus venatum profi-
 ciscitur. Quanquàm *Theon*, idèò lucis
 exortum vocari putat ἡμφύλυκην νυκτὴν, quia
 Soli dicatus esset lupus, quia sit visus præ-
 acuti: sicut longinqua prospèctat Sol. At
 conuenit omnibus, à lupo vocabulū de-
 duci: λυκος enim lupum significat. Conue-
 nit etiam, priscos *Græcorum* primam lu-
 cem, quæ præcedit Solis ortum λυκην, ἡκτὸς
 ἢ λυκὸς, id est, à lupo, vocitasse: hodieq; etiã
Lycophos dicitur, hoc est, lupi lux. Cùm
 igitur lupo præ ceteris proprium ac pe-
 culiare sit, præcipuè diluculo venari: quid
 est, qd̄ diuina Scriptura lupos, præ ceteris,
Vespertinos appellat? Scire igit̄ oportet du-
 plex esse lupos gen̄: alterū, quod vulgo
Lupus: alterum, quod *Hyæna* vocatur. Il-
 lud quidē sub aurorã, hoc noctu rapinas
 exercet. Discriminis causam assignat *Op-
 pianus* in libris de venatione sic scribēs:
Nūc duo Diua refer genera exitiosa luposū,
Serratis armata ferentes dentibus ora:
Nēpe omiū mactatores, cæcas quoq; hyenas.
 Ille

Ille quidem profligat ouile, capriléq, perdit,
 Hac autem catulis est implacabilis hostis.
 Illū adigit nocturna fames & v̄eter auarus,
 Candentes hados populari more latronis:
 Hanc hebetes oculi cogunt errare per agros,
 Perq, nigras sylvas umbrosa nocte vagari.
 Quippè dies illi nox est, atra s̄q, tenebras
 Consequitur passim, lucem pertasa coruscã.

Ergo, cùm diuina scriptura lupos *Vesper-*
*tin*os appellat, non vtique matutinos illos
 ac vulgare luporum genus, sed noctur-
 nas hiēnas intelligit: neque id porrò
 absque epitali & exaggeratione: siquidē
 vespertinorum luporum nunquàm inge-
 rit mentionem, nisi cùm ingens aliquod
 minatur malum, aut insignem aliquam
 feritatem & inhumanitatem ostendit.
 Est sanè lupo (quod dixit Aristoteles) ge-
 nerosum, ferox, & insidiosum animal:
 ita tamen vt & canes fugiat, & homi-
 ni parcat. Lupi enī illi hominē potius
 petunt, idque etiam rarò, qui inertes &
 vnipetē sunt, quàm qui venatores. Hyēna
 verò catulis implacabilis hostis, vomit-
 us quoque humanos mentitur, vt canes

alliciat, falsisq̄ue singultibus sollicitatos deuorat. Molitur homini etiam insidias, sequiturq̄; stabula pastorū, & auditu asiduuo adiscit vocamē, quod exprimere possit imitatione vocis humanæ, vt in hominem astu accitum nocte sæuiat: adeò carnis hominum auida, vt vel sepulchra effodiāt, eruatq̄; cadauera. Sicut Aristoteles, Plinius, Solinus, Ælianus, cæteri que ferè omnes naturæ historici tradiderunt.

Hyenam porrò Arabiæ vernaculam facit Stagirita: is enim in libro de Admirandis naturæ auditionibus sic scribit. In Arabia hyenarum quoddam genus reperiri affirmant, quod, cū beluam vel hominem præuiderit, eos obmutescere facit, ac sic in vestigio herere, vt corpora mouere nequeant. Cæterum, cū hæc fecerit, id hyenarū genus flagrare videtur. Hactenus Stagirita. Sed & ipsum uocabulum Hebræum צי, pro quo Latinus interpretes reddidit, *Vespertinis*, Arabiam regionem significat. Nam ubi legimus apud

Isa. 21. 13. Onus in Arabia. Et apud *Jeremiam:*
Jer. 25. 24. Cunctis Regibus Arabiæ. Et apud *Ezechielem:*

chielem: Arabia, & vniuersi principes Cedar: in his locis omnibus hæc dictio ponitur pro Arabia. Vnde Septuaginta interpretes pro, *Lupis vespertinus*, lupis Arabiæ verterunt. Ergo Deus immanissimis hyænis equos & equites Chaldæorum assimilat, qui eousq; veloces & efferi sint, vt etiã aspectu stuporem iniiciant, & vel vmbra pugnaces quosuis, mutos & attonitos reddant. Etenim, ne quid de hyænarum feritate prætermittamus, libet referre quæ de eis *Ælianus* enarrat. Hyæna, inquit *Ælianus*, sicut *Aristoteles* tradit, dextera in manu vim sopiendi habet, & suo tactu solo somnum conciliandi, sæpeq; numero in stabula ingressa, cum dormientem aliquem deprehenderit, & pedetentim ad illum progressa fuerit, soporiferam, vt ita dicam, manum eius naribus admouet, sicque eas opprimit, vt hic sine sensu esse videatur, ac tantum terræ suffodit, quantum sit ad eum ipsum obruendum satis: guttur verò supinum & nudum relinquit, in quod incumbens somno oppressum suffocat, posteaq; in latibulum
abstra-

abstrahitur: iam cum lunæ orbis plenus est, retrò posito lunæ fulgore, suam canibus umbram iniicit, quos statim mutos reddit: & tanquàm veneficio quòdam eorù sensus perstringit, deinde & lingues abducit, & optatis fruitur. Hucusque Ælianus. Illud autem apud Habacuc, aptiorè equi & hyenæ comparationem reddit, quòd hyæna, vt tradit Aristoteles, iuba, quæ a equus, est, sed seta duriore longioreque, & per totum dorsum porrecta.

Postremò prætereundum non est, verbum Hebraicum *יָרֵחַ*, pro quo legimus *Velociores*, propriè *Acutiores* significare: sicque constanter in alijs locis editio vulgata interpretata est. Nam apud Ezechielem vbi dicitur. *Gladius exacutus est, & limatus. Et apud Isaiam: Posuit os meum quasi gladium acutum, vtrobique habetur hoc verbum in Hebræo. Potest autè & ad velocitatem, & ad magnitudinem auiditatemque nocendi transferri: sicut gladius acutus velox in secando atque ledendo est, facileque graue vulnus infligit. Vnde est illud in Psalmis: Sicut no-*

uacula

Ezec. 21. 9

Isa. 49. 2.

Psal. 51. 4.

uacula acuta fecisti dolum. Et illud quo-
 que: Filij hominum dentes eorum arma *Psal. 56. 5.*
 & sagittę, & lingua eorum gladius acu-
 tus. Est enim in Hebręo *הרן*, genere fœ-
 minino: quia gladius in Hebręo est gene-
 ris fœminini. Sed de lupis hætenus dixif-
 se, satis sit, iam verò ad vltiora trans-
 camus.

*Et diffundentur equites eius: equites nanque
 eius de longe venient, volabunt quasi aequi-
 la festinans ad comedendum.*

IN Hebręo pro *Diffundentur*, habetur,
וירבו, quod omnes deducunt à verbo *וירב*
 id verò in Hebraica, maximè verò in
 Chaldaica lingua, Crescere, multipli-
 care & augere significat. Vnde Chal-
 dęus paraphrastes vertit: Equites eius
 multiplicabuntur, huic Vatablus & Pa-
 gnius assentiunt. Hincque etiam He-
 braicantes ferè omnes, maximam his
 verbis equitum multitudinem significa-
 ri decernunt, numerosasque Chaldęorum
 turmas in Iudęorum perniciem esse ven-
 turas.

turas. Quam rem alij, verbum *Diffunden-
tur* satis exprimere, putauerunt, quasi nul-
lus eos locus capere, nulla regio alere suf-
ficiat: quapropter necessum sit, eos dif-
fundi, vt prædas exerceant: quemadmo-
dum aquilæ spatia determinant, vt præ-
dentur: quoniam supra modum fameli-
co & insatiabili auitij huic generi vna
regio satis non sit, vt vel binos pullos edu-
care queat. Verbum autem *וַיִּשָׁפְּ* effundere
transiulit Latinus. interpres apud Jere-
miam. Quoniam effusi estis sicut vituli
super herbam. Et vbi legimus in Nahum:
Latitauit populus tuus in montibus: He-
brei legunt, *Diffusus est, eorumq; lectio-
ni suffragatur, quod sequitur: Et non est
qui congreget. Quod enim diffunditur,
etsi numero non augetur, at loco & spa-
tio quodammodo crescit ac maius fit. Ve-
runtamen, vt ego conijcio, vulgatus in-
terpres in hoc loco, *וַיִּשָׁפְּ*, deriuauit à ver-
bo, *וַיִּשָׁפְּ*, quod propriè est Irruere, irrum-
pere, grassari: deniquè inuadere, & ire
ad expoliandum atque prædandum. Hoc
enim verbum habetur in Iudicum libro,
vbi*

*Jer. 50. 11.
Nab. 3. 18.*

vbi legimus: Primo mane oriente Sole; *Iud. 9. 33.*
 irrue super ciuitatem. Et in primo Regū: *1. Reg. 27.*
 In quem irruisti hodie? Et in eisdē libro *10.*
 & capite, vbi dicitur: Et ascendit Dauid *1. Re. 27. 8*
 & viri eius, & agebant prædas de Gessu-
 ri, vel, contra Gessuri. Virūque enim si-
 gnificat præpositio ^ἡ, pro qua vertit De
 vulgatus interpres. Septuaginta verterūt:
 καὶ ἐπιβύτη ἐν τοῦ γέσσουρηίου, id est, Et irruerunt
 in Gessureum. Notādum porrò est,
 vulgatum interpretem pro hoc ipso ver-
 bo ὑπὲρ sæpè transtulisse Diffundere, ita
 tamen vt propriam significationem non
 deserat: sed irrumpete, vt diximus, & graf-
 sari, inuadere, & ad prædām conuolare
 significet. Etenim pro verbo ὑπὲρ, quod
 in libris Regum, vt notauimus, vertit,
 Prædas agebant: in libris Paralipomenō *2. Par. 25.*
 transtulit, Diffusus est. Ait enim: *13.* At ille
 exercitus quem remiserat Amasias, ne se-
 cum iret ad prælium, diffusus est in ciuita-
 tibus Iuda, à Samaria vsque Bethhoron,
 & interfectis tribus millibus, diripuit
 prædam magnam. Neque verò significat,
 hæc & illac fuisse dispersos: verum nunc
 in

in hanc, nunc in illam ciuitatem irrupif-
 se. In eodem libro Paralipomenon, vbi di-
 citur: Philisthijm quoq; diffusi sunt per
 vrbes campestres: in Hebræo est, וַיִּפְּצוּ , &
 Septuaginta verterunt, ἐπέπλησαν , id est, ir-
 ruerunt. Quid plura? ipse se explicat Vul-
 gatus interpres, quidq; per verbum Dif-
 fundere significare voluerit, in primo li-
 bro Paralipomenon apertissime mani-
 festat, dum pro vnico verbo Hebraico
 וַיִּפְּצוּ , vtrunque reddidit: Irruerunt &
 diffusi sunt. Ait nanque: Alia etiam vice
 Philisthijm irruerunt & diffusi sunt in
 valle. Ergo, mea sententia, verborum
 vatis nostri hic est sensus: Chaldæi tam
 velocissimis ac ferocissimis equis instru-
 cti, irruent in Iudæos. Hoc ipsum si-
 gnificasse mox aperit, cum de more de-
 clarans sese, & quæ dixerat exponens,
 subiungit: *Equites nanque eius de lon-
 ge venient, volabunt quasi aquila festinans
 ad comedendum.* His sanè verbis omni-
 bus Habacuc vim ac energiam verbi,
 וַיִּפְּצוּ , eiusque pressioem & inuoluiorem
 significationem explicatiùs declarat, &
 ampli-

amplificat: neque Chaldæorum in plures Palæstinę tractus dispersum, sed impetum & violentam inuasionē significare manifestat. Vnde Septuaginta seniores pro *Diffundentur*, *Equitabunt*, interpretati sunt. Vertūt enim: Equitabūt equites eius, & impetu venient de longinquo: & volabunt quasi aquila prompta ad comedendum. Quę verba Theophylactus paraphrasticos retulit in hunc modū. Et equites eius accingētur equitatu suo itineri, & accelerabunt cū impetu è longinquo, & volabūt instar aquilæ expetentis cibū. Quod verò dicitur, *De longe venient*, plenum est emphasi: procul enim distat à nobis, & cum quibus nulla commercia, nulla sunt nobis vicinitas & conuersatio, nullaque interest linguarum communitas, maiorem plerunque terrorem incutiūt, vereq; dicitur vulgari pro-
 uerbio, Nubem esse procul, quæ iuxta sit nebula. Longinquorū præterea hostium inuasio, quibus nulla subest irarum atq; belli causa, Dei animaduersionem manifestiorem facit. *De longe*, autem dixit
 Deus

Deus apud Habacucum, pro, de Babylone, ut Ezechias quoque apud Isaiam: Introiuit enim Isaias propheta ad Ezechiam Regem, & dixit ei. Quid dixerunt viri illi, & vnde venerunt ad te? Et dixit Ezechias: De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone. Id ipsum minatur Deus per Ieremiam, dicens: Ecce, auditum est in Ierusalem, custodes venire de terra longinqua, & dare super ciuitates Iuda vocem tuam. Quasi custodes agrorum facti sunt super eam in gyro: quia me ad iracundiam prouocauit, dicit Dominus. Et in alio loco: Ecce, ego adducam supervos gentem de longinquo domus Israel, ait Dominus: gentem robustam, gentem antiquam, gentem cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquat. Porrò Aquilæ comparatio, ut Theophylactus inter verbis, robur iuxta ac celeritatem ob oculos ponit, quòdque ex altioribus in ipsos deferentur. Ut enim aquila inter volatilia & fortis est & velox, præsertim cùm famelica expetuerit alimoniam, ex quæ altioribus locis delata, cum impetu suo irruens intolerabi-

terabilis sit: sic & Chaldæorum equites, nedum potentes sunt & robusti, sed veloces etiam propter pernicitatem equorum, alacres & cupidi ad depopulandum, deuorandum & absumendum vrbes, ex alto nimirū ingruentes. Diuini Scriptores, ob velocitatem præcipuè, Aquilæ similitudinem identidem vsurpant. Ieremias enim sic inquit: Velociores aquilis equi illius. Et rursus: Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cœli. *Iob* quoque: Pertransierunt quasi naues prima portâtes: sicut aquila volans ad escâ. Aquila quippe in volando, perniciosissimi est impetus, vt etiam in prouerbiū abiit: Aquilam volare doces. Vnde per ironiam *Achæus* poëta hos versus *Menedemum* vsurpare solitum fuisse, retulit.

Capta est profectò celer ab imbecillibus,

Et aquila tempore in breui àestudine.

Vulgatus interpres Latinus editionem Septuaginta seniorum imitatus, Aquilæ comparationem ad impetum retulit in Deuteronomio: neque enim in Hebræo habetur, Cum impetū, vbi legimus: *Ad-*

G ductet

Ier. 4. 13.

Thr. 4. 19.

Iob. 9. 26.

Deut. 28.

49.

ducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus, in similitudinē aquilæ volātis cum impetu.

Omnes ad prædam venient facies eorum ventus vrens.

Volabunt, inquit Propheta, non iter facient, quos nullus in via hostium retardabit timor: sed certi deuiçtoria & spolijs, non tam ad bellum, quàm ad prædam procurrēt. Quocunq; peruenerint, vastabunt omnia, quæcunque habebunt obuia prosternent, diripient, & incēdent: non secus ac perniciosissimus Eurus, qui vt autore columella vtar, regiones illas sic infestat, vt nisi teguminibus vites opacentur, velut halitu flāmeo fructus vrantur. In Hebræo autem pro *Ventus vrens*, habetur קוֹיִם, nomen venti Orientalis. Hoc Pharao Rex Ægypti percussas somniavit spicas: nam vbi legimus in *Genesi*, Percussæ vredine, Hebraica habent pro Vredine, קוֹיִם. Eadem vox est paulò inferiùs in eodem capitulo pro, Vento vrente. Hoc etiam Dominus exiccavit mare,

Gen. 41. 7.

27.

mare, vt transitum præberet Israelitis. At
 interpres vt sensum exprimat, vti peri-
 phrasi consuevit, vimq; potius & effe-
 ctum, quàm vocem transferens, pro no-
 mine ipso vertit *Ventum vrentem*. Apud
 Ieremiam verò nomen ponitur appella-
 tiuum, vbi legimus: In tempore illo dice-
 tur populo huic & Ierusalem, Ventus
 vrens in vijs quæ sunt in deserto viæ filiæ
 populi mei, non ad ventilandum, & ad
 purgandû: vbi Hebræis est וְרוּחַ יָבֵשׁ
 אֶת־בְּתוּלַת־יִשְׂרָאֵל, quæ, vt ego puto,
 verbû ex verbo sic possent trãsserri: Ven-
 tus vrês excelsorû in desertû veniet filiæ
 populi mei. Et est sensus: Ab excelsis mon-
 tibus Chaldæorû, ab Aquilone, sublimio-
 re mûdi parte (vt dixit Pythagoras) perfla-
 bit ventus cõburens, furês videlicet Chal-
 dæorum exercitus, qui filiam populi mei,
 id est, gentem Iudæorum & Ierusalem, va-
 stabit, & in desertum rediget.

Et congregabit quasi arenã captiuitatẽ.

QVàm facilè ventus tenuẽ arenam aliò
 transfer, tam facilè Chaldæorû exer-
 citus populum copiosum Iudæorû capti-

Ifai. 17. 13.

num in Babylonem abducat. Hac enim similitudine vsus videtur Isaias, cùm ait: Fugiet procul, & rapietur sicut puluis montium à facie venti. Aut est sensus: Etiam si instar arenæ sitis innumeri, obistere nequaquam valebitis: sed innumeros arenæ instar, asportabit in Babylonē. Neque enim ad resistendum Chaldæis vlla ducum aut militum vis, vlla murorum munitio sufficiet: proteret quippe Nabuchodonosor omnia:

Et ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipse super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam.

*4. Reg. 2.
23.*

PRO Triumphabit, in Hebræo est חִקֵּי: verbum autem חִקֵּי, illudere & irridere significat: quod in libris Regum vertit Vulgatus interpres, de Eliseo narrans in hūc modū: Et illudebāt ei, dicētes: Ascende calue, ascende calue. Hinc est, quòd editio Chaldaica, & hanc sequenti Pagninus & Vatablus, Illudet, atque Ridebit

verte-

verterunt in hoc loco. Est ergo sensus: Despiciet & irridebit reges triumphantium more, qui principes hostium ante currum oneratos colla catenis ducere solebant. Imouero, verbo Triumphare, pro exultare & ridere, vsus est Cicero: *Lætaris* (inquit in Verrem) in omniū gemitu, & triumphas; Et Cæsar Ciceroni sic scribit: Meum factum probari abste triumpho & gaudeo. Adde, quod Triumphus ἀπομύσσει deducitur, sic enim triumphum appellant Græci. Dicitur autem ἀπομύσσει, ἀπομύσσει, id est, ab accinere, ἀπομύσσει, id est, maledicere: in bellicis nanque triumphis multis anapæstis conuiciantes uti consueuerunt. Rectè igitur vulgatus interpretes *Triumphabit* dixit, pro illudet & irridebit regum consilia, potentiam, & bellicos apparatus: eosq; dicterijs & scōmatibus insectabitur.

Tyranni porrò nomen in hoc loco, sicut olim quoque apud veteres, in bonā partem accipitur, pro Domino, Rege, seu Monarcha, qui plenam habeat in subditos potestatem. Hos ab initio, Trogus teste,

Pfal. 2. 2.

adhuiusmodi fastigium maiestatis, non vis, non ambitio popularis prouchebat: sed spectata inter bonos moderatio, qui etiam Tyranni ob fortitudinē vocabantur. Hucque, mea sententia, respexit Vulgatus interpres, cum Septuaginta senioribus consentiens, Tyranni, id est, potentissimi principes, transtulit pro 𐤀𐤓𐤓𐤓, cum plerumque soleat pro dictione hac Principes interpretari. Vt in Psalmis: Astiterunt reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum: vbi Septuaginta verterunt 𐤀𐤓𐤓𐤓 pro 𐤀𐤓𐤓𐤓, at in hoc loco redderunt: τυραννοι. Quod autem Tyranni recens nomen sit, extra controuersiam est: neque enim *Homerus*, neque *Hesiodus*, neque alius veterum quisquam, Tyranni vocabulum in scriptis suis vsurpant. *Homerus* immanissimum omnium *Echertum*, Regem vocat, non tyrannū. 𐤀𐤓𐤓𐤓 𐤀𐤓𐤓𐤓 𐤀𐤓𐤓𐤓 𐤀𐤓𐤓𐤓. Sed igitur hoc nomen ad Græcos translatum fuit, circaque tempora *Archilochi*, vt autor est *Hippias* *Sophista*. Cæterū hoc familiare fuit post *Homerum* poëtis reges omnes, qui ante

excidiũ Troiæ floruerũt, Tyrannos appel-
lare. Quòd autem Sophoclis tragedìa Ty-
rannus inscribitur, non desunt qui initio
non inscriptũ fuisse Tyrannũ, & tempo-
ris quo edita Fabula illa fuit, & rerũ ipsa-
rum ratione moti, existiment. Porrò Ty-
rannum à Tyrrenis dictum volũt, quos
latrocinij infames fuisse cõstat. Alij à Tý-
rõ ciuitate. *Etymologiam verò nomi-
nis, οἷσι τυραννί τους λαός κί· ἀκρίως ὀπιφραγῶ, κί τυ-
ραννί φολός κατὰ τὰ ἄλλα κί τυραννί,* id est, cogens
populũ, & moleste vexans, doloſq; struēs
subditis. Aristoteles in Cumeorũ republi-
ca tyrannos ait, initio ἀκισυμνητας dictos, ho-
nestius enim hoc meliorisq; ominis vo-
cabulum fuisse. Sed de Tyranni nomine
fatis sit, ad propositum reuertamur. Il-
ludet Nabuchodonosor Reges, inquit
Dominus apud Habacuc, & fortissimi
quique principes risui illi erunt atque
ludibrio, dum omninò viribus impa-
res frustrà resistere conabuntur. Nam etiã
si admunitissimas confugiant vrbes, *Ipsè
super omniẽ munitionẽ ridebit et̃ comportabit
aggerẽ, et̃ capiet eam.* Hæc Theophylactus

sic exponit: Quauis ciuitates munitæ
 fuerint, & propugnacula quæ non facile
 capi, expugnarique possint: hæc tamen
 obtinebit, ludens magis quàm serio agēs.
 Nam aggerēt tantum vocat, quem contra
 mœnia excitet: quod ad opus ne bellico-
 sis quidem viris eget, sed enim armigeris
 & pro mercede operam suam alijs serui-
 lem elocare consuetis. Sic iam Tyrum Ba-
 bylonius ille cepit. Theophylactus. huc-
 usque. Sed & beatus Hieronymus ad Ty-
 rum refert. Veniet, inquit, Tyrū, & iacto
 in mari aggere, peninsulam faciet de in-
 sula: & introitum inter fluctus maris in vr-
 bem terra præbebit. Hæc ille. Verunta-
 men has omnes minas populo Iudæorū
 intentari, facile declarat Moyses in Deu-
 teronomio sic scribens: Adducet Domi-
 nus super te gentem de longinquo, & de
 extremis terræ finibus, in similitudinem
 aquilæ volantis cum impetu: cuius lin-
 guam intelligere non possis. Gentē pro-
 cacissimam, quæ non deferat seni, nec mi-
 seretur paruuli, & deuoret fructum iu-
 mentorum tuorum, ac fruges terræ tuæ:

donec

Deu. 4. 49

donec intereas, & non relinquat tibi triticum, vinum, & oleum, armenta boum, & greges ouium: donec te disperdat, & conterat in cunctis vrbibus tuis, & destruantur muri tui firmi atque sublimes, in quibus habebas fiduciam in omni terra tua. *Haftenus in Deuteronomio: quæ prolixius aliquantulum recitauimus, eo quòd verborum nostri Prophetæ luculenta paraphrasis esse videantur.*

Scire autem oportet, in Hebræo pro *Aggerem*, esse vocabulum אגג, quæ vox propriè significat Puluerem. Hęcq; ipsa habetur in *Genesi* vbi legimus: *Quia puluis es, & in puluere reuerteris.* *Gen. 3. 19.* Ergo verborum horum *Habacuc* hanc esse sententiam existimo: *Rex Babylonius munitissimam quanque irridebit & subsannabit vrbem, & vel iniecto puluere, expugnet eam. Tanta ingruet Chaldæorum copia, vt pulueris quoque in spersione obruere possint obsessos. Narrat Plutarchus, Sertorium ad hunc modum Characitanos hostes ad deditiorem coegisse. In speluncas præcelsi cuiusdam montis barbari*

barbari illi, quoties belli terror immineret, confugere, suaque asportantes, securè degere, consueuerant, quasi nulla vis nocere eis posset. Euenit igitur, Sertorium per id tempus à Metello pulsum, haud procul ab eomonte castra habere: quem cùm barbari veluti victum contènerent, siue ob iram, siue ne fugere videretur, prima luce obequitans, situm naturamque loci contemplabatur. Qui cùm nullum penitus aditum haberet, vanique omnes conatus essent, cernit ex solo magnam vim pulueris in eos deferri. Et enim speluncæ ad Boream erant conuersæ, & Cæcias ab Arcto veniens, maximè contra eos perflabat. Hac igitur re animaduersa, Sertorius iubet milites puluerulentam ac cinerosam terram confodere, & contra ipsum montem cumulum agere: quem barbari putantes ad expugnationem aggerem strui, ab initio deriserunt. Sertorius cùm vsque ad noctem milites in opere habuisset, eos in castra reduxit. Postridie prima luce auræ lenis perflare cepit, & subtilissimum pulue-

puluerem deferre: deinde valido flante vento, milites aggerem quaterent, ac nonnulli cum equis ingressi perequitate, ut puluis altius insurgeret, ceperunt. Quidquid insurgebat pulueris ventus arripens, in barbarorum habitacula deferebat: quæ cum ad eam partem duntaxat, qua ventus flabat, aperta essent, subito fauces repletæ, spiritusque præclusi sunt. Itaque vix duos dies tolerantes, tertio sese Sertorio dederunt: non tantum inde commoditatis, quantum gloriæ consecuto: quod ea quæ armis superari non possent, ingenio confecisset. Non absimile quippiam Deus Iudæis minari videtur per Habacuc, ardua plerunque ac munitissima loca montosæ Palestinæ incolentibus: consonantque etiam, & hunc sensum vel inuitis obtrudunt, quæ Propheta è vestigio subiungit.

*Tunc mutabitur spiritus eius pertransibit,
 & corruet: hac est fortitudo eius Dei
 sui.*

Hęc

HÆC nonnulli sic exponunt: Spiritus & animus Nabuchodonosoris secundarum rerum elatus prosperitate, in arrogantiam & insolentiam mutabitur, rationisque modum & fines pertrāsians, fortitudinem suam Deum suum esse predicabit; genioque suo rerum gestarum gloriam; non Deo vero referet acceptam. Imouero se Deum esse credens imaginem auream statuet in Babylone, quā vniuersas gentes adorare compellet. Quod cū fecerit, transibit in bestię figuram, & postea corruet, pro quo Aquila & Symmachus verterunt, καὶ ἀλμυμελιον, id est, Et delinquet. Hanc habentē Scriptura sancta consuetudinem (inquit Hieronymus) (vt. **ΔΕΙΝ**, hoc est, Delinquet, ponat pro eo quod est, Desinet esse quod fuerat. Quod verò sequitur. *Hæc est fortitudo eius Dei sui*: **υἱονικας** est legendum (inquit Hieronymus) vt sit sensus: Hęc est fortitudo eius, quam dedit ei Bel, Deus suus, ad cuius cultum omnes nationes, etiam per scripturam & comminationē mortis seuisimo imperio compellebat.

Et

Et hæc quidem Hieronymus. At Theodoretus & Theophylactus, utpotè qui versionem Septuaginta seniorum interpretati sunt, hæc nostri Prophetæ verba ad Deum pertinere arbitrantur, hancq; illorum esse sententiam: Quando hæc omnia designauerit Babylonius, tū Deus permutabit spiritum, hoc est, vehementem indignationem qua flagrabat aduersum Iudæos, & pertransibit, id est, eminus remouebitur ab his qui puniuntur, non porro ipsis astans, ut ipsorum obseruet opera, pœnasq; exigat: sed propitius eis erit. Demiratusq; Propheta Dei benignitatem, exclamat: Hæc est fortitudo Deo meo (Sic enim Septuaginta verterūt *ἡ δὲ θεὸς μου*.) Quoniam talis virtus sic castigandi ac rursus miserandi, conuertendiq; punitionem in oleum, nemini alij quam tibi Deo meo conuenit. Hæc Theophylactus.

Ego verò, si quid sentio, Regem Babylonium ante Iudæorum expugnationem neque pium neque modestum fuisse arbitror, ut postmodum mutatus ab Scriptu-

ra dicatur: verum elatum & arrogantem, ob superbiam pariter & ambitionem, innatamque animo feritatem, in illos expeditione parasse, & non, nisi ex Chaldaeorum seu Magorum prescripto, non, nisi ex idolorum ac demoniorum oraculis & responsis, ad bella processisse. Neque rursus in toto hoc capite quidquam de Nabuchodonosoris amentia Deum agere, neque intentatas Iudeis minas remittere, neque spem meliorem promittere, iudicauerim. Igitur, ut mea fert sententia, Spiritus in hoc loco ventus est: dictio namque Hebraica רוח proprie significat Ventum, ut in Exodo: *Ventus vrens leuauit locustas. Et in eodem: Flante vento vehementi, & vrente tota nocte. Et apud innumera alia diuinae Scripturae loca, quae recedere superuacaneum fuerit. In hoc autem loco vel inde manifestum fit, dictionem Spiritus ventum significare, quod absolute dicitur: *Tunc mutabitur spiritus, neque aliquod relatiuum adiungitur, quo ad Deum, vel ad Babylo- nium Regem, vel ad quempiam alium hic*
spiritus*

Exo. 10. 13

Exod. 14.

21.

spiritus pertinere monstratur. Alioquin
 dixisset: Spiritus ei⁹. Vt in Psalmo: Exhib *Psal. 145.*
 spiritus eius. *Hebraicè* *יְהוָה*. *Etrursum:* 4.
 Generatio quę non direxit cor suū, & nō *Psal. 77. 8.*
 est creditus cum Deo spiritus eius. His er
 go, quę proximè præcesserunt, hæc quoq;
 attextenda esse arbitror. Dixerat porro
 Deus, Regem Babylonium irrifutū mu
 nitissimam quanque ciuitatem: nam etsi
 inaccessibilis esset, quęque neque armis
 neque vi capi posset, pulueris tamen in
 iectu illam illum expugnaturum, & ad
 deditionem coacturum. Congeret enim
 (addit Deus) Nabuchodonosor pulue
 reos aggeres, ego verò ventum excitabo,
 qui illos oculis ac naribus obsessorum Iu
 deorum offundat: neque prius cessabit
 inflare, aut cœli regionem prius permu
 tabit, quàm insufflatis in Iudeos pulue
 reis aggeribus, & obsessis ad deditionem
 coactis, ciuitas in hostium potestaté de
 uenerit. Mox tamen vt capta fuerit
 vrbs, ventus, aut cœli, qua spirabat,
 mutabit plagam, aut concidet omni
 nō, & quiescet: vtpotè qui non casu, non
 tantum

tantum naturali ratione aliqua, verum Dei nutu, in auxilium Chaldæorum, & in Iudæorum excidium spirasset: nutu proculdubio & iussione Dei Israel fortis atque zelotis, in hunc modum Iudæica scelera vindicantis & vlciscentis. Porro verò, tanquam consequens & necessarium, de more, Scriptura subticuit, Deum ventum excitaturum, qui aggestum puluerem in Iudæos obsessos inueheret: si frustra quippè Babylonius accumularet, nisi ventus in obsessos immitteret. Hoc autem Deum intellexisse, satis subiuncta declarant, cum, capta vrbe, ventum vicò aut sedem mutaturum, aut penitus desitutum, prædicat. Transire enim apud diuinos scriptores, finiri est, vt apud *Iob*: *Iob. 17. 11.* *Dies mei transierunt. Et verbū Corruet, siue Delinquet, vt alij verterunt: desinere esse quod fuerat, significare, iam ex Hieronymo superius annotatum est: & Vulgatus interpret pro חָשַׁב, nonnunquam reddidit Interire siue Perire. Vt apud Ezechielem: Dissipabuntur & interibunt aræ vestre. Et apud Oseam: Pereat Samaria: quo-*

quonia ad iracundiã prouocauit Deum suum. *Corruet ergo*, dixit Vulgatus, pro *Hecharse ha el viento*.

Huius autem, expugnandarũ vrbium puluere, consuetudinis, non semel Scripturam meminisse autumo: & huc forsitan respexit Moyses, cum ait: *Det Dominus imbrem terræ tuæ puluerem, & de cælo descendat super te cinis, donec conteraris: tradat te Dominus corruentem ante hostes tuos.* *Benadad Rex Syriæ,* quid aliud, obsecro, significasse videtur, cum dicit? *Hæc faciant mihi dij, & hæc addant, si suffecerit puluis Samarię pugilis omnis populi, qui sequitur me. Nonne hoc ipsum apertè cõminatur Deus, cum apud Itaiam sic alloquitur Ierusalem, quam Arielem vocat, quòd fortis esset sicut leo, munitissima insuper, & inexpugnabilis? Circundabo, inquit, quasi sphæram in circuitu tuo, & iaciam contra te aggerem (puluereum, scilicet) & munita ponam in obsidionem tuam. Humiliaberis, de terra loquêris (idest, De sub terra, pulueri immerfus) & de humo au-*

Dicitur

dictur eloquium tuum: & erit, quasi Pythonis, de terra vox tua, & de humo eloquium tuum musitabit. Et erit sicut pulvis tenuis multitudo ventilantiũ te (nẽpe pulverem ventilantiũ in te) & sicut fauilla pertransiens multitudo eorũ, qui contra te præualuerunt. Hoc est, tam erit numerosa multitudo ventilantium pulverem in te, quàm ipse pulvis, qui pertransibit & ventilabitur. Sed & *Ezechiel* hoc ipsum indicare, quis neget? *Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonosor Regem Babylonis, & circumdabit te munitionibus, & cõportabit aggerẽ in gyro: inundatione equorũ eius operiet te pulvis eorũ. Etenim, vt de Sertorio diximus, nonnulli cũ equis puluerẽ perequitabãt, vt altiùs insurgeret. Illud porrò Michææ Prophetæ, quẽ alium sensum, præter hũc, habere possit, non video: Lingent, inquit, pulverem sicut serpens, velut reptilia terræ proturbabuntur de ædibus suis. Terra verò ac pulvere serpentes proturbari & fugari, naturæ historici tradiderũt. Ebusi terra, inquit Plinius, serpentes fugat, Colubrarie*

Ezech. 26.
7.10.

Mic. 7.17.

lubrariæ parit: idè infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus. Est autem Ebusus insula in mari Balearico, altera Pytiusarum, quæ vulgò nunc Ibiza nuncupatur. At colubraria insula est in mari Ligustico, quæ à Græcis Ophiusa, vulgò nunc temporis Dragonera vocatur. Idem Plinius in alio loco sic ait: Ex Galata insula, & circa Clupeam Africæ, terra scorpiones necat, Balearis & Ebusitana serpentes. Solinus porro sic: Accipimus Gaulan insulam, in qua serpens neq; nascitur, neque viuit inuenta: propterea iactus ex ea quocunq; gentiû pulvis arceat angues, scorpiones superiactus illic perimit. Scribit etiam Vitruuius, à Zama Iubæ Regia viginti millia passuum abesse oppidum Ismuc: cumq; Africa parës & nutrix sit ferarû bestiarû, maximè serpentium, in eius agris oppidi nulla nascitur, & si quâdo allata ibi ponatur, statim moritur. Neq; id solû ibi, sed etiã terra ex his locis, si aliò translata fuerit, similiter efficit. Hæc Vitruuius. Ergo, què admodû serpentes & scorpiones insperso quarundã

terrarum puluere necantur aut fugatur, sic Iudæi, inquit Michæas, iniecto puluere interficientur, aut proturbabuntur & fugabuntur de ædibus suis. Hoc ipsum minatur Iudæis Deus per Habacuc, dū ait: Cōportabit aggerē, & capiet eam. *Тūc*q; id est, mox vt cōgesto atq; iniecto puluere, ciuitatē & munitissimā quanq; arcem Iudæorū ceperit ac subegerit. *Mutabitur spiritus, & pertransibit, & corruet*: id est, ventus, qui puluerem in Iudæos inuexerat, cœli permutabit regionem, aut omninò concidet, atque quiescet.

Quod verò additur: *Hac est fortitudo eius Dei sui*: Hebraismus est. Apud Hebræos nāq; relatiuū quādoq; ponitur sine expresso antecedente: vt in Psalmis: Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius, Dei, ꝑculdubiò: Et in Threnis: Ego vir vidēs paupertatē meā in virga indignationis ei⁹: Dei similiter. Est etiā frequēs Hebræis, dūo relatiua ꝑvno ponere, ita vt ad sensum, alterū illorū supersit. Quale est illud: Beata gēs, cuius est Dñs Deus eius. Et illud quoq;: Beatus vir, cuius est nomē Domini

Psal. 113. 2.

Thren. 3. 1.

Psal. 32. 12.

Psal. 39. 5.

Domini spes eius. Sed & illud: Cuius participatio eius in idipsum. Sic igitur & in hoc loco alterum relatiuorum ad sententiam necessarium nō est. Operæ pretium porrò, opportunumq; iam est, vt Propheta tam respondentem audiamus. *Psal. 111. 3.*

Nunquid non tu à principio Domine Deus meus, sancte meus, & non moriemur?

CONQUESTUS fuerat in principio huius dialogi Habacuc, quòd populum Iudæorum Deus impune peccare permetteret: at nunc vltionis grauitate & seueritate percepta, veritusque extremum illorum excidium, Deum orat, vt populū sibi iam olim peculiarem, & vel propter patres dilectum, paternè castiget & emēdet: non abscindat penitus & interimat. Quod & Ieremias, Iudæorum personam induens, efflagitabat, humanam prætendens imbecillitatem: Vox, inquit, auditio nis: ecce venit, & commotio magna de terra Aquilonis: vt ponat ciuitates Iuda solitudinem, & habitaculum draconum. *Ro. 11. 28.* *Ier. 10. 12.*

2. m. h. p.

Scio Domine quia non est hominis via eius, nec viri est ut ambulet, & dirigat gressus suos. Corripe me Domine, verumtamen in iudicio, & non in furore tuo: ne forte ad nihilum redigas me. Similiter Habacuc, obtemperans veteri erga Iudæorum populum Dei benevolentia, propositas minas, ad illorum emendationem, non ad interitum, futuras sperat: quodque indecens & absurdum penitus videretur, minora Iudæorum peccata maioribus Chaldæorum sceleribus vlcisci, & populum diuina cognitione initiatum & excultum, barbaro & vere religionis prorsus experti, inaniumque idolorum cultori, dilaniandum & absumendum contradi. Responsum igitur Habacuc hanc habet, ut ego puto, sententiam. Cum gens Iudæorum, Domine, tibi ab antiquo peculiaris atque charissima fuerit, eamque inter omnes orbis nationes sanctificaueris & selegeris, ut tibi ea esset in populum, tu verò illi esses in Deum: contra autem Chaldæorum gens omnigenæ superstitioni iam olim addicta, longè grauioribus, quam Iudæi, fuerit sceleribus cõtaminata

minata, & tibi prorsus semper infensa, credibile utiq; ac verisimile est, te hanc nō in Iudæorū excidiū, extremamq; perniciē, sed in illorū correptionem & emēdationem armasse. Etenim, si, quoniā sanctissimus sis, & peccata maximè detesteris, si, quia ad eō mundis sis oculis, ut vel respicere etiā ad iniquitatem non queas, amplius malos tolerare non vis, & peccatores delere funditū instituisi, cur quæso ad impijssima & immanissima Chaldæorum flagitia dissimulares? & ad leuiora crimina Iudæorum vindicanda, grāuiora sineres perpetrari? Cur populum denique tuum, & malorum comparatione, iustiozem, impio & iniustissimo populo expiscandum & absumendum permitteres? Maximè verò, quòd laudem atque gloriam victoriæ, non tibi, quod oportuit, acceptam referet: sed sibi, sed exercitibus suis, sed idolis arrogabit & attribuet. Certè, cū absōna & asyndeta hæc oppidò tuam sanctitatem dedecere videantur, in fiduciam adducor maximam & spē, Chal

dæos non in mortem nostram àte, sed in purgationem atque curationem accerfiri. Hæc, vt mihi videtur, verborum vartis nostri Habacuc summa atque sententia est, singulas clâusulas examinemus.

Nunquid nõ tu à principio Domine Deus meus, sancte meus, & non moriemur? In Hebræo non habetur coniunctio *Et*: vnde aptius interrogationis nota post verba *Sancte meus* apponetur, in hunc modum.

Nunquid non tu à principio Domine Deus meus sancte meus? nõ moriemur. Sensus por

Deu. 10. 14

rò est, Cùm tu vniuersarum gentium Dominus, iam olim patribus nostris conglutinatus fueris, & amaueris eos, elegerisq; semen eorum post eos: vt & tu nobis esses in Deum: scilicet, bonorum omnium auctorem & largitorem, alexicacum insuper & assertorem: vt esses etiam nobis in Sanctum: id est, cultu atque religione venerabilem: cùm tamen cæteræ nationes vanis superstitionibus tenerentur. Et nos tibi essemus in populum & sanctificationem de cunctis populis qui sunt super terram: nequaquam credibile videtur,

tua

tua nos manu esse vastandos ac perimendos. Videtur porrò mihi Habacuc Deum promissorum commonefacere, & tum veteres, tum nouas pollicitationes illi committere in memoriã reuocare. Promiserat autẽ Deus per Moysen Israelitis, nõ vsq; ad interneccionem in eos sãuiturum, sic dicens: *Deus misericors Dominus Deus tuus est: nõ dimittet te, nec omninò delebit; neque obliuiscetur pacti in quo iurauit patribus tuis.* Ad Dauidem quoque sic inquit: *Si dereliquerint filij eius legẽ meam, & in iudicijs meis non ambulauerint: si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custoderint: visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea: neque prophanaabo testamentum meum, & quę procedunt de labijs meis nõ faciam irrita.* Isaias etiam sic ait: *Hęc dicit Dominus, creans te Iacob, & formans te Israël: Nõli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo: meus es tu. Cũ transieris per aquas,*

*Deut. 4. 31.**Psal. 88. 31.**Isa. 43. i.*

aquas, tecum ero, & flumina non operiēt
 te: cū ambulaueris in igne, non com-
 burēris, & flamma non ardebit in te:
 quia ego Dominus Deus tuus sanctus
 Israel saluator tuus: dedi propitiationem
 tuam Ægyptum, Æthiopiam & Saba
 pro te. Ex quo honorabilis factus es in
 oculis meis, & gloriosus: ego dilexi
 te, & dabo homines pro te, & populos
 pro anima tua. Noli timere, quia ego
 tecum sum: ab Oriente adducam semen
 tuum, & ab Occidente congregabo te:
 Dicam Aquiloni, Da: & Austro, Noli
 prohibere: affer filios meos de longin-
 quo, & filias meas ab extremis terræ.
 Isaias hucusque: Urbanè igitur *Haba-*
cuc Deum præstare promissa cohortat-
 tur, tamque magnificis pollicitationibus
 innixus, bonam de Iudæorum salute cō-
 cipere audet spem: vt si etiam in captiui-
 tatem abducendi sint, at non penitus
 sint interimendi. Argumentatur autem
 Vates in hunc modum: An non Domi-
 ne tu es Deus ille noster, sanctus ille no-
 ster, antiquus, qui & patres nostros di-
 lexisti,

lexisti, & elegisti semen eorum post eos? Sanè, cum tu ille ipse sis, neque tua promissa aliquo pacto irrita esse queant, proculdubio, non moriemur, non omninò vastabimur: etiam si in castigationem & correptionem huic sæuissimo tradamur tyranno.

*Domine in iudicium posuisti eum, & fortem,
ut corriperes, fundasti eum.*

NON vtiq; Dñe vt eum honorares, non vt augeres gloria, opib⁹, & imperio, hunc Babylonium immanissimū tyrannum tanta potentia & fortitudine roborasti: verum vt tui esset minister iudicij, vtq; per eum populo tuo salubre supplicium, ac medicinalē castigationē inferres. Nos pro peccatis nostris hæc patimur, aiebat iunior Machabæorū: & si nobis propter increpationē & correptionē Dominus Deus noster modicum iratus est: sed iterum recōciliabitur seruis suis. Sancti homines, qui Dei ingenium probè norunt, facilè post tenebras sperant lucem. vt dixit Iob.

*2. Mach. 7.
32.
Iob. 17. 12.*

Iudicium

Indicium autem in hoc loco, vt in alijs
quàm plurimis Scripturarum, vindictam
& ultionem significat, vt in libro secun-
do Paralipomenon: Si iruerint super nos
mala, gladius iudicij, pestilentia & fames.

Ezec. 23. 10 Et Dominus apud Ezechielé sic inquit
de Samaria: Propterea tradidi eam in ma-
nus amatorum suorum, in manus filiorum
Assur, super quorum insaniuit libidine.
Ipsi discooperuerunt ignominiam eius,
filios & filias eius tulerunt, & ipsam occi-
derunt gladio: & factæ sunt famosæ mu-
lieres, & iudicia perpetraverunt in ea.
Denique pro Hebraica huius loci dictio-
ne *וַיִּשְׁפֹּךְ*, ultionem transtulit Vulgatus
interpres, ait enim: Nam & in alijs eorū
exercuerat ultionem. Legitur quippe, pro
Ultionem, *וַיִּשְׁפֹּךְ*, quæ vox, vt superius
annotatum est, legitimum iudicium im-
portat, sententiæ deinde promulgatio-
nem, & rei iudicatæ executionem signifi-
cat. Ergo quod dicitur: *In iudicium posui-
sticum*: idem est quod: *Fortem, vt corripe-
res, fundasti eum*. Huic nanque Prophete,
si cui maximè, familiare est, identidè sen-
tentiam

tentiam eandem repetere, & ea, quæ sub-
obscure prius dixerat, apertius postmo-
dum explicare.

*Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, &
respicere ad iniquitatem non poteris: quare
non respicis super iniqua agentes, & taces
deuorante impio iustiores se?*

HOc est alterum Prophetæ argumen-
tum, quo sibi persuadet, Nabuchodo-
nosorem, non in populi Iudeorum per-
niciem, sed in commodum atque emen-
dationem imitti. Alioqui enim, ait Va-
tes, si solum flagitiosos excindere est ani-
mus, si solum peccatores, ô Domine, de-
lere & demoliri constituis: quoniã mun-
dus & ab omni labe prorsus alienus, sce-
lera detesteris quàm maximè, neque re-
ctis oculis, fixisq; (vt est in Prouerbio) ini-
quitate possis intueri: cur non, quæso,

*Ponderibus, modulisq; suis ratio utitur?
ac res*

*Ut quæq; est, ita supplicijs delicta coërcet?
Cur in amicorū vitij tam cernis acutum?*

Cur

Cur non priùs in Chaldeos iniquissimos animaduertes? cur iustiozem, huncque tuum peculiarem populum, iniustiori & infesto tibi quam plurimum, vastandum atq; deuorandum permitteres? Iustiorè autè populum Iudeorum appellat, quem tot ac tantis sceleribus foedatù atq; pollutum prædixerat: non utiq; quod iustum existimaret, sed quòd minùs quàm Chaldæi esset iniustus. Etenim, ut dixit Aristoteles, minùs malum, quodammodò bonù esse videtur. Porrò, ab his quæ ingrata nobis sunt & odiosa, aut faciè profus auertimus, aut limis oculis intuemur. Quod Latinus vulgatus interpres vertit in primo Regum libro, sic inquit: Nò rectis ergo oculis Saul aspiciebat David. Cùm tanten in Hebræo uerbum ex uerbo sit. Et fuit Saul inspector, uel, si dicere liceret, oculator Davidis à die illo, & deinceps. Quod Hispanè non ineptè diceremus: *Tomole Saul ogeriza desde aquel dia en adelante. O truxole siempre sobre ojo.* Virgilius Homerum imitatus dixit:

i. Reg. 18.9

Intercà ad templù non aqua Palladis ibät
Cri-

*Crinibus Iliades passis, peplumq̄, ferebant
Suppliciter tristes, & tursa pectora palmis.
Diua solo fixos oculos auersa tenebat.*

*Et facies homines quasi pisces maris, & quasi
reptile non habens principem, Totum in ha-
mo subleuauit, traxit illud in sagena sua, &
congregabit in rete suum.*

VNiuerſi interpretes, quos ego uide-
rim, ob hoc Chaldeorum tyrannidē
in Iudeos piscibus aſſimilari putauerūt,
quòd pisces in ſeipſos graſſari, & (quod Po-
lybius prouerbio Græcorū iactatū fuiſſe
teſtatur) grandes comedere paruulos cō-
ſueuerint. Reptilis autem uocabulo, uel
irrationabilia iumenta, uel uenenata ſer-
pentium genera, uel amphibia quædam
ſcūitię notiſſimę, qualis eſt Hippopota-
mus, ſignificari decernunt. At, mea ſen-
tentia, quod ſtatim ſequitur. *Totum in
hamo ſubleuauit*: facilè has omnes expo-
ſitiones refellit, neque Reptile in hoc
loco iumenta, amphibia, aut ſerpentes
eſſe cōſentit, neque pisces, ob naturalem
iniu-

iniustitiam inter se, in exemplum aduocari permittit. Quinpotiùs Iudæos Habacuc piscibus, Chaldæum verò Regē piscatori comparauit: & vñtatissima sibi epanaphora, quos priùs pisces dixerat, reptile postmodum appellauit. Hocque nomine diuina Scriptura frequenter pisces vocare consuevit, vt in Psalmis: Hoc mare magnum & spaciosum manibus, illic reptila quorum non est numerus. Pisces autem naturali iure nullius sunt, & Principem, siue Dominum iure gentium non habent. Verbum enim Hebraicum *בַּיָּדָא* propriè dominum aut dominatorem significat: quod & vulgatus interpres ostēdit apud Isaiam, vbi vertit: Dominatores eius iniquè agunt. Pisces igitur, non solum inter se Principem aut Ducem non habēt: sed etiam nullius hominis in potestate & dominio sunt, nulli hominum iure naturali subduntur: sed mox vt ab aliquo capti sunt, statim in dominio illius esse incipiunt, ac iure gentium occupantis fiunt. Sensus ergo verborum nostri Vatis hic est: Si non, Domine, vtilitatem populi

Pf. 103. 25.

Isa. 52. 5.

puli tui, si non eius salutem & emendationem molireris, sed tantummodò; sceleris infestus & inimicus, improbos de medio tollere destinasses: cur, obsecro, impiorum maximum Nabuchodonosorem & Chaldæorū populum, superstitem vivere patereris? Imouero, cur hominibus populi tui, quasi epulo quodā lautissimo, immanissimū barbarum saginares? & dilectum tuum Iacob ferissimæ huic bestiæ comedendum apponeres? Cur denique homines tuæ hereditatis atq; peculij, nō secus ac pisces qui nullius sunt, prohibito Babylonio huic capiendos & expiscandos permitteres? Nullo nanque legitimo suffultus iure, nulla profus lacessitus iniuria Nabuchodonosor, verū pro effrenata dominandi libidine. *Totum in hamo subleuauit, traxit illud in sagena sua, & congregauit in rete suam.* Hæc piscandi genera apertè declarant, cur homines Habacuc piscibus assimilauerit, Iudæosq; piscibus, Regem autē Babylonium ipsi piscatori componi. Ponuntur verò præterita pro futuris, & est sensus: Tum fraude,

tum aperta vi, cuncta suo subiugabit imperio. *Hamus fallacias, dolos, astutias, & occultas technas: Sagena & rete manifestam violentiam significant. Neque misera Iudæorum conditione mouebitur; inquit Vates: neque rerum gestarum te, Domine, cognoscet autorem: quinimò:*

Super hoc latabitur & exultabit: propterea immolabit sagena sua, & sacrificabit reti suo: quia in ipsis incrassata est pars eius, & cibus eius electus.

Babylonij Regis inhumanum cor summas delicias & oblectamentum capiet ex Iudæorum pernicie: horum interitum & exitium, lætitiā & voluptatem sibi proponet. Vt est improbissimorum ingenium, lætari cum malefecerint, & in rebus pessimis exultare. Neque porro minus se diuinæ voluntatis existimabit, neque tibi pro victorijs adeptis, pro tantis secundarum rerum successibus, aut epicia celebrabit, aut offeret niceteria. Verum potius, *Immolabit sagena sua, & sacrificabit reti suo: quoniam in ipsis suum imperium*

Pro. 2.14.

rium auxisse, & suam ditionē protraxisse arbitrabitur. Neq; tuis Domine, sed sagenæ suæ viribus, tam delicatissimos sibi ex populo tuo cibos, tam lauta cupedia se obsonasse putabit. Cæterùm, Sagenæ atque Retis metaphora, quidam exercitum Chaldæorū designari censuerūt, cū quo Nabuchodonosor vniuersa, quasi reti aut sagena piscabitur, cuiq; & victoriarū gloriā ac vim, & imperij dilatationē ascribet. Alij verò, Nabuchodonosorē sibi ipsi immolaturum & sacrificaturū, exponunt: quoniam proprijs viribus & ingenio tam præclara gessisse, sibi persuadebit. Narrat etenim Daniel, auream statuam in Cāpo Dura posuisse, quā omnes adorare constituit. Legimus etiam in libro Iudith, præcepisse Nabuchodonosorem Holoferni, vt omnes deos terræ exterminaret, videlicet vt ipse solus diceretur Deus ab his nationibus, quæ potuissent Holofernis potentia subiugari. Antiquum sanè Babylonijs regibus fuit, vt se, p Deo coli ac venerari præceperint: nam & Semiramis in tā vefanā & stultā

Dan. 3. 1.

Iud. 3. 13.

ambitionem deuenit, vt ad mōtem Me-
diæ, qui Bagisthenes diceretur, suam in
petra effigiem decem & septem stadio-
rum insculpi iusserit, quam centum viri
donis atque muneribus, vt sacerdotes as-
siduè venerarentur.

At me aliquantula tenet suspicio, ver-
ba hæc: *Immolabit sagena sua, & sacrificabit
reti suo:* vetustam Babyloniorum subole-
re superstitionem. Scire autem oportet,
Babylonios olim Syrosque, inter cætera
superstitionis suæ numina, albas colum-
bas, ac pisces coluisse: vt vtrunque religio
esset attingere. Meminit vtriusque diui-
na Scriptura, etsi propter historię obli-
uionem, aut ignorantiam veteris ritus, lo-
ca Bibliorum, quæ hunc morem videtur
subindicare, aliò verterunt sacrorum vo-
luminum expositores. Colūbas ergo al-
bas, vt Persæ propter leucæ atque lepre
odium abigebant & detestabantur, sic è
contrariò Syri venerati sunt: quod memo-
riæ prodidit Xenophon in primo libro
expeditionis Cyri iunioris. Hæcque in pri-
mis Palæstinos coluisse, canit Tibullus:

Quid

*Quid referam ut volitet crebras intacta per
urbes*

Alba Palæstino sancta columba Syro?

Diodorus Siculus Babylonios ac Syros ob hoc albam columbam cōsecrasse narrat, quòd Semiramidem Reginam in columbam fuisse conuersam fabularentur.

Quo factum est, inquit, ut Syrii columbā ut deam colant, immortalē Reginam arbitrati. David Psalmo sexagesimo septimo, dum præclara facinora recenset, quæ

Deus olim pro Israëlitis designauit, cum illos eduxit ex Ægypto, & in promissam illis Palæstinam columbæ albæ cultricē

induxit, apertissimè, ut mihi videtur, hæc Syrorum ac Palæstinorum superstitionē in exemplum adduxit, cum ait: Si dormia

tis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Deargentatam enim, id est,

Albam appellauit columbam: ut Virgilius quoque:

*Atque hic auratis volitans argenteus anser
Portibus, Gallos in limine adesse canebat.*

Ponitur autem tempus futurum pro præterito,

terito, more tritissimo Scripturarū: hæc est enim verborum sententia. Cū inter medios hostiū terminos, multò illis pauciores & imbecilliores, imouerò instar dormientium segnes & languidi degeneratis: attamē Palæstinis timori eratis ac religioni, non secus atque alba columba, cuius plumas nullus eorum euellere, nullus pennas auderet detrahare. Ascenderunt quippè (vel vt Hebræis est, Audierunt) populi, & irati sunt (vel vt est in Hebræo, Tremuerunt) Cōturbati sunt Principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor, obriguerūt omnes habitatores Chanaan. Cū essent numero breui, paucissimi, & incolæ eius: & pertransierūt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum: non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis reges. Deniq; vt dicitur in libro Iosue: nullus cōtra filios Istraël mutire ausus est. Inter medios cleros, vt interpretati sumus, inter medios terminos significat: nā vbi in Genesi legimus: Issachar asinus fortis accubans inter terminos: Septuaginta seniores verterunt,

Exo. 15. 14

Pf. 104. 12.

Ios. 10. 21.

Gen. 49.

14.

ἡ κικμισση του κληρωου, hoc est, inter mediū cle-
 rorū. Veruntamen ad colūbas redeamus.
 Tribuit has diuina Scriptura Assyrijs &
 Babylonijs frequēter: vt columbæ etiam
 nomine Babylonis Regē, aut vexilla for-
 sitan Chaldæorum effigie columbæ depi-
 cta, significet. Ieremias nanq; sic ait: Ver-
 bum quod locutus est Dominus ad Iere-
 miam Prophetam, super eo quòd ventu-
 rus esset Nabuchodonosor Rex Babylo-
 nis, & percussurus terram Ægypti. Multi-
 plicauit ruentes, ceciditq; vir ad proxi-
 mum suum, & dicent: Surge & reuerta-
 mur ad populum nostrum, & ad terram
 natiuitatis nostræ, à facie gladij colum-
 bæ. Et in alio loco: sicut fecit facite ei: dis-
 perditate satorem de Babylone, & tenentē
 falcem in tempore messis: à facie gladij
 columbæ vnusquisque ad populū suum
 conuertetur. Hoc est, Præ timore calami-
 tatis, quæ Babylonijs imminet, vnusquis-
 que exterorum, vel auxiliarium, ad popu-
 lum suum conuertetur. Rursus in alio lo-
 co sic inquit: Conticuerunt arua pacis
 à facie iræ furoris Domini. Dereliquit

Ier. 46. 13.

Ier. 50. 15.

quasi leo umbraculum (id est, tabernaculum) suum: quia facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ. Ergo, *Oseæ. II. II.* cum Oseas dicit: Auolabunt quasi auis ex Ægypto, & quasi columba de terra Assyriorum: non propter velocitatem tantummodò, Columbæ similitudinem intulisse, eamque Assyrijs coniunxisse, autumo: verùm etiam propter indemnitatē ac dignitatē, propter honorem ac reuerentiam, quibus, ab hostibus ipsis dimissi, honorificè & honoratè in patriam essent reuersuri. Nam & auem ex Ægypto, aut Accipitrem aut Ibin intelligo: vtranque enim Ægyptij diuinis honoribus consecrarunt. Etenim, vt Strabo refert, quædam animalia Ægyptij vniuersi coluerunt: quemadmodum ex terre stribus tria, bouem, canem, felem: ex volatilibus accipitrem atque ibin: ex aquatilibus sepidotū piscem & oxyrinchum. Erant porrò alia quæ quisque seorsum colebat, vt Saitæ & Thebani ouem: latū verò, qui piscis quidam est in Nilo, Latopolitani: lupum Lycopolytani: Cynocephalum Hermopolitani:

litani: cepum Babylonij qui sunt iuxta Memphim: Aquilam Thebani: leonem Leontopolitani: capram & hircū Mendefij: murem araneum Athribitæ. Item alij aliud. Per auem, igitur, ex Ægypto, accipitrem significari arbitror, aut certe saturam serpentibus ibin. Et si enim uocabulum *Hebraicum* *אֵיפֶת*, omnibus sit aui bus communè: nonnunquàm tamē pro accipitribus, atque id genus volucribus, à diuina Scriptura videtur vsurpari. Vt in Psalmo centesimo tertio: Cedri Libani quas plantauit, illic passerēs nidificabunt. Neque enim in excelsis arboribus, aut præruptis montibus passerēs, sed accipitres & aquilæ, idque rapacis auitij genus, agrestesque volucres nidulari consueuerunt: Et id quod sequitur, satis huic expositioni consentit: Herodij domus dux est eorum. Verùm ad Syros ac pisces redeamus. Et quidem, sicut Ægyptij sepidotum & oxyrinchum, ita pisces Syri coluerunt: quod & Cicero meminit in libris de natura deorum. Narrat etiã Xenophon in expeditione Cyri iunioris, copias

pias illas ad Chalum fluuium deuenisse, plenum magnorum piscium ac mansuetorum, quos Syri deos esse putarent, neq; à quoquam attingi permetterent. Diodorus causam superstitionis assignat, quod Syri Dercetem Semiramidis reginæ matrem in piscē arbitrarentur fuisse conuersam. Quod Ouidius quoq; retulit dicens:

*Ille quid è multis referat, nã plurima norat,
Cogitat, et dubia est de te Babylonia narret
Derceti, quã versa squamis velatibus artus,
Stagna Palestini credunt coluisse figura.
An magis ut sumptis illius filia pennis,
Extremos altis in turribus egerit annos.*

Hinc Syrii, inquit Diodorus, vsq; ad hæc tempora, his piscibus abstinentes, eos pro dijs colunt. Dercetem porrò ipsam Syri facie quidem formosæ mulieris, reliqua parte piscis effigie configurabant, eiq; in signum templum ad Ascalonem Syriæ urbem, iuxta lacum piscibus plenum, statuerunt. Hanc Plinius, Atargatin prodigiosam vocauit, quòd muliebri facie esset, reliquum corpus figura piscis. Agēs enim de Cœle Syria, sic scribit: Ibi prodigiosa

Atar-

Atargatis, Græcis autem Derceto dicta, colitur. Sunt etenim, inquit Strabo, nominum mutationes permultæ, præsertim barbarorum: quemadmodum Atargatâ Atharam, quam Ctesias Derceto vocavit. Atheneus autor est, Atargatam dictâ Syrorum lingua, quasi *αργατιδος*, hoc est, sine piscibus: quòd piscium abstinentia coleretur. Sūt qui scribāt, Dagō, cuius meminit diuina Scriptura, eandē esse cū Dercete. Consentitq; nomen *דג*, quod Hebræis significat Piscē: est enim *דג*, piscari. Constat autē ex Regū historia, Dagon & faciem & manus hominis habuisse, reliquum corpus piscē fuisse. Nam ubi editio Latina habet. Porro Dagon solus truncus remāserat in loco suo. Hebræa verbū ex verbo habent. Tantū Dagon relictus est super ipsum. Pagninus trāstulit: Tantū Dagō remāserat iuxta eam, scilicet, arcam. Noua editio, Vatabli annotationibus illustrata, vertit: Duntaxat Dagon relictus erat in eo. Est ergo verborū sententia: Capite ac manibus idoli, quæ humanam figuram præferebant, coram Dei

arca

arca prostratis, sola piscis remansit ac stetit figura. Quasi diuinam præsentiam veneraretur procumbens, quicquid effigié hominis rationalis referret. Neque prohibet quin per Dagon Dercetem intelligamus, quod Deus genere masculino ab Scriptura nuncupatur, cùm dicitur in libro Iudicum: Principes Philistinorú conuenerunt in vnum, vt immolarent hostias magnificas Dagon deo suo. Nam & Aristophanes Venerem Aphroditon appellauit, & Varro Palem deum scripsit, & Ægyptij atque Carreni Lunum deum dixerunt. Et quæ in libris Regum Astarthe dea Sidoniorum nuncupatur ab interprete Vulgato, in Hebræo dicitur Astoreth deus Sidoniorú עֲשֶׂת־רֵת אֱלֹהֵי צִדְוֹן. Cicero autem libro tertio de Natura deorum, Astarthen, Venerem quartam esse facie. Augustinus verò in Quæstionibus super librum Iudicum, lingua Punica Astarthen vocari asserit quam Latini Lunonem appellant. Vnde verisimile mihi admodum fit, hanc eandem fuisse Sidonij: Siquidem Carthago Sidoniorum colonia

Iud. 16. 23.

3. Re. 11. 5.

עֲשֶׂת־רֵת

lonia, præcipuè Iunonem coluit, nam & in eius tutela fuit.

*Quam Iuno fertur terris magis omnibus
vnam*

*Posthabita coluisse Samo, hic illius arma,
Hic currus fuit: hoc regnum dea gentibus
esse,*

Si quæ fata sinant, iam tū tenditq; fouetq;:
Credibile porrò est, Carthaginenses è Phœnicia & deos, & deorum nomina, & eorum cultum traxisse.

Ergo (vt post tam longas verborū ambages, longaque exorsa, ad propositum veniamus) cū inquit Habacuc: *Propterea immolabit sarena sua, & sacrificabit reti suo:* metonymiam esse puto, & continens poni pro contento, & sarenam ac rete propiscibus vsurpari. Cuiusmodi est etiam illud apud Maronem: Nunc pateras libate Ioui. id est, vinum contentum in pateris. Refert igitur Habacuc, simulq; irridet, ineptissimam Syrorum superstitionem: & Rex, inquit Vates, Nabuchodonosor, pro partis diuinæ virtute triumphis, pro expiscatis Iudæis vniuersis, *Derceti re-*
feret

feret acceptā victoriā, atq; piscibus sacri-
 ficabit. Qui nedū vincēdi ac piscandivim
 Babylonio præstare nō potuerūt: sed ne
 se ipsos quoq; valent defendere, quin ab
 ipso, quoties libuerit, sagena & reti capiā-
 tur. Porrò, cū Assyrij, eorūq; metropolis
 Babylō, alios deos colerent: pisciūtamen
 cōsultò meminisse Prophetā, existimo, vt
 stolidissimę omniū superstitionis cōme-
 moratiōe, maiorē inuidiā cōcitarēt. Dein-
 de, vt probabilius efficeret, Deū, nō vt Na-
 buchodonosorē honore cumularēt, aut
 opib⁹ & imperio, illi Iudæorū populū sub-
 iugasse, qui & insolēter & impiē abussurus
 esset victoria, & fœlices bellorū successus
 stultissimis animalū omniū piscib⁹ esset
 ascripturus: Verū enim uerò (q; superius
 versu. 12. proposuerat, Vates) vt populū
 sibi peculiarē atq; vernaculū cōrriperet,
 ac emēdaret Deus, Regē Babyloniū robo-
 rasse, & ad Iudæorū expugnationē impu-
 lisse. Neq; obstat huic expositiōi *Sagena*,
 q; mox eadem dictiō in diuersa significa-
 tione sumatur: Solēt quippè verba in eodē
 loco semel atq; iterū inculcari, sed in
 alia

alia atq; alia significatione, vt in euāgelio
 Ioānis: Mūdus per eū factus est, & mūdus *Ioan. 1.*
 eū non cognouit. Quod est: Mūdi machi-
 na à Deo creata est, ex cuius contēplatio-
 ne Deus poterat cognosci: & tamē hoīes
 huic mūdo addicti eū nō cognouerūt. Et
 apud Ieremiā: Vos nō uisitastis gregē meū *Ier. 23.*
 & ego uisitabo malitiā studiorū uestrorū.
 Uisitare primo loco Gubernare & subue-
 nire significat, vel curā gerere: secūdo uerò
 loco significat punire. Sed & ibi: Nōne
 uos dicitis, quia adhuc quat uor mēses sūt
 ut ueniat messis? eleuate oculos uestros, &
 uidete regiones, quia albę sunt ad messē.
 Nōne hoc loco messis secūdo nominata
 est? sed primò ad corporalē messē refertur,
 secūdo ad spiritualē. Et cū Dñs dicit ad Sa-
 maritanā: Omnis qui bibit ex hac aqua si-
 tiet iterū, qui autē biberit ex aqua quā ego
 do ei, nō sitiet in eternū. Nōne bibere ex
 aqua, nūc quidē corporaliter, nūc autē spi-
 ritualiter in vno eodēq; accipit loco? Sic
 igitur & Habacuc cū *Sagenā* pro piscib⁹
 posuisset, mox tamē diuersa significatiōe
 id ipsum uocabulū usurpauit: Addit enim:

Pro-

*Propter hoc ergo expandit sagenam suam, &
semper interficere gentes non parceret.*

Consequētia superiorum argumen-
torum hęc est, quęq; ex præcedenti-
bus infertur conclusio. Proposuerat quip-
pè Habacuc versu huius capituli duodeci-
mo, populum Iudęorum, etiam si trade-
retur Chaldeis, non tamen penitus in-
teriturum: sed in illorum iudiciũ & cor-
reptionem Babylonias turmas ascisci.
Hoc ipsum duplici argumento ratioci-
natus est Vates: nempè, quòd absurdum
atque repugnās videatur, si per antiquus
atque beneficus Hebręorum Deus, illis
tandē excidium parasset. Deinde, quòd
diuinam sanctitatem dedeceret pluri-
mum, vt qui tantum in scelera animad-
uertere destinasset, impijsimo populo
Chaldeorum veluti conuiuens, in vernaculum
ac peculiarem desequiret: imouerò
iustiorē hunc illi iniustiori deuorand-
um & excarnificandum permetteret.
At, de Deo iniustum quidquam sentire,
vel humana ratio nō patitur. Consequēs
ergo

ergo est, inquit Propheta, Nabuchodono
 forē, *Propter hoc*, in iudiciū, videlicet, &
 cōreptionē Iudæorū, tetendisse lagenam
 suam, vt captiuos in Babylonē, veluti ē flu
 uio captos pisces in piscinas & viuarium,
 traducat: sed perpetuò vniuersam Iudeo
 rū gentē interficere, *Non parceret*, id est, nō
 indulgebit, non cōcedet Deus. Vt autem
 locus iste fiat planior, notare oportet, hūc
 versum apud Hebræos legi cū interroga
 tione. Etenim vbi Latina habent: *Propter
 hoc*: Hebræis est: An non ob id? vel, Nōne
 ideò? Et vbi nos legimus: *Et semper*: He
 bræi habēt וְהָיָה, Porrò litera, ו, sæpissimè
 aduersatiua cōiunctio est, etiā apud Vul
 gatū interpretē, vt in Genesi: Sed fōs ascē
 debat de terra. Et in Cātico Canticorum:
 Nigra sū, sed formosa. Quin & particula
 ipsa Latina, *Et*, nōnunquā, pro, Tamē, aut
 Attamēvsurpat, vice q̄; fūgit aduersatiuē:
 vt apud Ciceronē: Defēdi legē Voconiā
 magna voce, bonisq̄ue lateribus, & vide
 tis annos meos, id est, tamen videtis quā
 sim iam senex. Sed & Psalmo sexto, ad
 uersatiua particula est, *Et*, vbi dicitur,

Gen. 2. 6.

Can. 1. 5.

Psal. 6. 4.

Anima mea turbata est valde: & tu Domine vsquequo? Sic enim habent correctiora exemplaria Latina: non, Sed tu Domine, vt legunt alia. Certè in Hebræo est litera *ו*, vau, apud Psalmistã, vt etiã apud nostrũ Vatẽ. Ponitur etiã, Et pro At, siue Tamen, apud Matthæũ, vbi legimus: Generatio praua & adultera signũ querit, & signum nõ dabitur ei. Apud Lucam similiter, vbi dicitur: Cũ facta esset fames magna in omni terra, & ad nullam illorum missus est *Elias*. id est, Attamen ad nullam illorum missus est *Elias*. Et generatio praua signum querit, at signũ non dabitur ei. וְאֵין porro, Perpetuum significat, vt Leuitici capite sexto: Ignis iste perpetuus, qui nunquã deficient. Ergo, structura verborum hæc est: An non ob id expandit sageñam suam? verũ perpetuò interficere gentes non pareet, id est, non permittet, non dabit Deus Nabuchodonosori. Vt fiat transitus ad aliam personam, iuxta vsitatissimum scripturarum morem. Vel certè: Non lætabitur Nabuchodonosor, non gloriabitur, perpetuò inter-

Leu. 6. 13.

interfecisse Iudæos, gentemq; illorum totam penitus deleuisse. Verbum enim *חָנַן* quandoque *Letari* & gaudere significat. Nam vbi legimus in Malachia: Et erunt mihi, ait Dominus exercituum; in die qua ego facio, in peculium: & parca eis, sicut parcat vir filio suo seruienti sibi. Hebræi pro, Et parcam eis, exponunt, Et lætabor super eis. Quinetiam ad ipsum Deum verbum *Lætabitur* referri posset: vt eundem habeat sensum cum illo: Nec lætatur in perditione viuorum. Cæterû, Interfecti perpetuò, dicuntur ij, qui vera necantur & intereunt. at, in temporalem captiuitatem abducti, mortui quidè vel interfecti, sed tamen non perpetuò vocantur, neque interfecti vsque ad internecionè. Vt apud Isaiam: Citò veniet gradians ad aperiendum, & non interficiet vsque ad internecionem. Et in alio loco: Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent. Et apud Ezechielem: Hæc dicit dominus Deus, Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris populus meus, & inducam vos in

*Mal. 3. 17.**Sap. 1. 3.**Isa. 51. 14.**Isa. 26. 19.**Eze. 37. 12.*

subiungitur: Et populi meditati sunt inania: familiari Scripturarum repetitione adiectum existimo. Sed etiam si Gētium appellatione apud Habacuc, ethnicos significari contendas: sensus nihilominus erit non incongruus: Ergo Nabuchodonosor in correptionem & emédationem nostram expandit sagemam suam: non tamen indulgebit, aut permittet, aut lætabitur Deus, gentes populo suo Israëlitico perpetuam inferre mortem aut captiuitatem. Verùm hanc de salute Iudæorum spem, nondum Habacuc diuina reuelatione cognouerat: sed humana ratiocinatione conie-

. etat.

The following is a list of the names of the persons who
 were members of the Society of Friends in the year
 1800. The names are arranged in alphabetical order
 and are taken from the original records of the Society.
 The names are as follows: A. B. C. D. E. F. G. H. I. J.
 K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. U. V. W. X. Y. Z.

H A B A C V C
CAPUT II.

Super custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem: & contemplabor, ut videam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me.



CONCEPERAT in superiori capite Habacuc bonam de salute Iudæorum spem: at non adhuc diuina reuelatione illustratus, sed prudenti ratiocinatione, humanaq; duplici ratione permotus. Nempe, veteri Dei beneuolentiæ erga populum suum, ac diuinis promissis confissus: tum etiam, quod si sola improborum internecio quæteretur, præ posterum videretur sanè, iustiozem, aut certè prauum minus, ac peculiarem sibi populum, in instiori & inimico tradidisse, & prædandum & quasi deuorandum prodidisse. At verò, quoniam foedus cū filijs Israël hac Deus conditione pepige-

rat, vt ipse illis esset in Deum, omnigenis-
 que bonis afficeret, si modò illi quoque
 Deo ipsi audientes atque obsequentes fo-
 rêt: hæret animi dubius Habacuc, timet-
 que, ne peccata Iudæorum diuinis pro-
 missis obstant, quiq; nunquam condi-
 tioni paruerint, tandem iuxta pactas le-
 ges puniatur. En propono, inquit Moy-
 ses, in cõspectu vestro hodie benedictio-
 nem & maledictionem: benedictionem,
 si obedieritis mandatis domini Dei ve-
 stri, quæ ego hodie præcipio vobis: male-
 dictionem, si non obedieritis mandatis
 domini Dei vestri, sed recesseritis de via,
 quam ego nunc ostendo vobis. Et alibi:
 Cùm dilatauerit dominus Deus tuus ter-
 minos tuos, sicut iurauit patribus tuis, &
 dederit tibi cunctam terram, quam eis
 pollicitus est, si tamen custodieris man-
 data eius, & feceris quæ hodie præcipio
 tibi, vt diligas dominum Deum tuum, &
 ambules in vijs eius omni tempore. Iosue
 quoq; sic ait: Si dimiseritis Dominum,
 & seruieritis dijs alienis, conuertet se, &
 affliget vos, atque subuertet, postquam
 vobis

Deuter. 11.
26.

Deut. 19. 8.

Ios. 24. 20.

vobis præstiterit bona. *Isaias* verò sic inquit: Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Quod si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis: gladius deuorabit vos. Denique in libris *Regum* sic dicitur: Et ultra non faciam commoueri pedem *Israël* de terra quam dedi patribus eorū: si tamē custodierint opere omnia quæ præcepi eis, & vniuersam legē, quā mādauit eis seruus meus *Moyfes*. Quòd si non *Moyfes* diuinū furorē retulisset, iā olim populus *Iudæorū*, post magnifica *Patriarcharū* promissa, in deserto internecione interijisset. Cerno, inquit *Dñs* ad *Moysem*, q̄ populus iste durę ceruicis sit: dimitte me, vt irascat̄, furor meus cōtra eos, & deleā eos, faciāq; te in gentē magnā. Neq; enim absurdū est aut infidele, si quæ sub cōditione pmittūtur, ea, nūquam extante cōditione, nō præstentur. Incertus igitur *Habacuc*, quē res *Iudæorū* habituræ sint exitū, nutans inter metū & spē, sumpta metaphora ab excubitorib⁹, qui in locis editioribus collocati, hostiū incursus & insidias obseruāt: se similiter sta-

*Isa. 1. 20.**4. Reg. 21.*

8.

Exo. 32. 9.

sta-

stationē suam; id est, à terrenis curis atq;
mundanis sollicitudinibus mētis exalta-
tionē, obnixasq; ad Deum preces, subli-
mē deniq; orationis & contemplationis
speculā, nō se prius deserturū pollicetur,
quàm àliquod diuinū responsum accepe-
rit, quo vel interrogātibus satisfaciatur, vel
se increpantibus & arguentibus obniti
queat. Incusabant quippe, imò subsana-
bant etiam diuinos Vates Iudēi, q; nun-
quàm nisi onera præuiderent: nihil præ-
ter calamitates atq; perniciem illis vn-
quàm vaticinarentur. Vnde (quod an-
te diximus ex Ieremia) Prophetis illuden-
tes, interrogare cōsueuerāt: Quod est on⁹
Dñi? Dicebantq; Videntibus: Nolite vi-
dere: & aspicientibus: Nolite aspicere no-
bis ea quę recta sunt: loquimini nobis pla-
centia. Et Achab Rex Israēl ad Iosaphat
Regē Iuda sic ait: Remansit vir vnus, per
quem possumus interrogare Dominum:
sed ego odi eum, quia nō prophetat mihi
bonum, sed malū, Michæas filius Iemla.
Vera quippè sententia illa est nūtij apud
Sophoclem, in Antigone, Polynicis se-
pulturam

pulturam Creonti Regi nuntiantis:

Adsum igitur inuitus apud inuitos, scio:

Nam nemo nuntia adferentem amat mala:

Ergo, *Super custodiã meam stabo*, inquit Habacuc, id est, nõ segniter & desidiosè munus propheticum exequar: sed me populis speculatorem agnoscens, pro eius salute & liberatione vigilare & orare non intermittam. *Intentis oculis contemplanbor*, si quã melior affulgeat spes, & animos Iudæorum, prænuntiatis calamitatibus, cæde, & captiuitate, depressos, lætioribus nuntijs subleuare conabor. Prophetarũ etenim statio & munus hoc est, populo impendentia mala instar excubitorũ speculari, & pericula, quæ imminere præuiderint, populo nuntiare, & ipsos quoq; pro viribus, prece & oratione tueri, damnaq; ipsa depellere. Absit à me, inquit Samuel, hoc peccatum in Domino, vt cessem orare pro vobis. *Et Isaias: Super speculam Domini ego sum, stans iugiter per diem, & super custodiã meã ego sum, stans totis noctibus. Præuideri porrò atq; prædici impendentia mala, voluit misericors*

1. Re. 12. 23

Isa. 21. 3.

Exec. 33. 7.

ricors *Deus*, non utique ut diutina expectatione & timore torquerent magis: sed ut ingruentia non fortuito euenisse, verum à *Deo* immissa fuisse, cognoscerentur. Aut certè, ut imminètium malorum præmoniti Iudæi resipiscerent, & ad frugem meliorem reuerfi, præcognita pericula deuitarent. Inquit Dominus ad Ezechielem: Et tu fili hominis, speculatorem dedi te domui Israël: audiens ergo ex ore meo sermonem, annūtiabis eis ex me. Si me dicente ad impium: Impie, morte morieris: non fueris locutus, ut se custodiat impius à vita sua: ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram. At, quoniam si peccatores, ut assolet, melioris fortunę desperationem incurrerint, & diffidentia impendētis mali, quasi mordicū arrepto freno, dementes & iam pridē ad malum præcipites animos raptauerit: non solūm prænotione supplicij à vitijs deterri nō solēt, imò licētius & effrenatius in scelera ruunt: ob id vatibus perpetuus mos fuit, postquam tristia & infausta prædixerint,

lata

læta atque prospera iuaticinari. Similitèr ergo Habacuc, post prænuntiatã Iudeorũ captiuitatem, lætũ etiam aliquid ac faustum spèculari & annuntiare contendit, quo & ægros animos delinire Iudeorum, & irrisorum argumenta valeat cõfutare. Quod autẽ addit: *Et figã gradũ super munitiõnem*: eiusdẽ sententię repetitiõ est, ad eandemq; pertinet translationẽ. Stare & figere gradũ idem vtrunq; significat, & à proposito non declinandi firmitudinem indicat: sed tamẽ geminata sententiã propositi vim, & vehementiã orationis adauget. Pro, *Munitiõne*, in Hebræo ponitur מִצָּדָה, quod Theodotio gyrum, Aquila & Quinta editio Circinũ transtulerũt. Murũ igitur in hoc loco *Munitiõ* significat, in quo vigiles & excubię solèt constitui, maximè verò si ciuitas ab hostib⁹ obsessa fuerit. Nã & Symmachus huc trãslationẽ pertinere putauit, vertitem: Quasi custos super speculã stabo, & stabo velut inclusus. Murũ porrò vocauit Habacuc ieiuniũ & orationem, aliaq; huiuscemodi opera, quib⁹ pphetę atq; sãcti dei hoies & populũ solent

solent circummunire, ne mala ingruentia in ciuitatem irrumpant, & in hæc ipsa excubitori conscendunt, quoties longius aliquid prospectare, & oracula diuina procul speculari voluerunt. Daniel trium hebdomadarum diebus luxit, panem desiderabilem non comedit, & caro & vinum non introierunt in os eius, sed neque unguento unctus est, donec complerentur trium hebdomadarum dies: ac sic tandem diuinam reuelationem extorsit. Et

Dan. 10. 2. Deus ad Ieremiam sic inquit: Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumes pro eis laudem & orationem, & non obsistas mihi: quia non exaudiam te. Orabo, igitur, inquit *Habacuc*, ac ieiunabo, & me omnimodis affligam coram Domino. *Et contemplantur, ut videam quid dicatur mihi.* Hebræa habent *יָב*, id est, In me, quod & Septuaginta verterunt: *σι. λαλιση εν εμοι.* hoc est, Quid loquatur in me: Neque enim extrinsecam visionem, neque aures circumstrepentem sermonem expectat, sed diuinum colloquium, quod intus fit, mentisq; auticulas Prophetarum attingit. Est

quippè

quippè vox Dei, vt docet Basilius, generis diuersi ab ijs vocibus, quæ in audiendi sensum cadunt. Fit enim, cùm mens hominum, quos ille percipere suam vult vocem, visione quadam informatur: haud ferè aliter, atque in somnijs accidit. Nam vt in his, secundum quietem, animus noster quorùdam veluti verborum memoria imbuitur, non pulso aère externo, neque voce vlla in audiendi sensum illapsa, sed ipsa mente notis quibusdam rerum signata, informataq; , talem existimandù est Dei esse vocem, quam audire memorantur Prophetæ. Audiam quid loquatur in me dominus Deus: canit Dauid. Et Zacharias, Angelus, inquit, loquebatur in me. Id verò pro certissimo statuedum est, cùm à Deo in vatum, siue vigilantium, siue dormientium, animis, aliquarum rerum notiones signantur, siue eæ res iam tum euenerunt, siue lógo post tempore futuræ sunt, tum earum rerum speciem, atque phantasiam multò clariorem illis representari, quàm si vel perspicacissimis oculis coram res illas cerneret.

Neque

Psal. 88. 9.

Zach. 1. 9.

Et cæ. 7.

Neque verò id modò: sed simul quãdam
 veritatis euidentiam ita mentibus illorum
 offerri, itaque penitus affici, vt intelligãt,
 eam notionem esse re vera diuinam: non
 autem à suã ipsorum animã imaginati-
 uẽ (vt ita dicam) facultate, motuq; natu-
 rali formatam & effectã, nec etiam à ma-
 lo quopiam genio inditam & intrusam.
 Neque enim alioqui vnquã satis ipsi si-
 bi Prophetẽ fidissent: nedum firma ani-
 mi confisione, quã diuinus afflatus in-
 stinctusq; dictasset, propalãm enuntiare
 potuissent. Nunc verò videmus ipsos
 tam indubitanter, tanq; intrepidẽ, ingra-
 tissima quẽq; & populo, & populi prin-
 cipibus edicere, vt dubitare nemo possit,
 quin conscij sibi ipsis sint, se in Dei consi-
 lio adfuisse, vt loquitur Ieremias: atque
 vidisse & audiuisse sermones diuinos,
 non fallaces. Idem existimandum est de
 visis sacris, suas ea, scilicet, habere pecu-
 liares notas, quibus discerni à laruis, fal-
 sisq; spectris queant. Sed nos quid viderit
 Habacuc, quidq; audierit, iam demum
 audiamus.

Et

Et respondit mihi Dominus, & dixit: Scribe visum, & explana eum super tabulas: ut percurrat qui legerit eum.

Respondet Dominus Habacuco, veruntamen in præsentis capitulo, eius quæstioni non satisfacit. Neque enim declarat adhuc quid de populo Iudeorum decreuerit, aut quem sit finem habitura captiuitas: perdendi penitus sint, necne, an verò expiatis seruitute atque exilio sceleribus, natale solū sint reuisuri. Ostendit igitur in hoc capitulo tantummodò Deus, Nabuchodonosorem atque Chaldaeos non impunè in templum & in ciuitatem sanctam Ierusalem, & in gentem Iudaicā debacchatos: Fore namq; ut & ipsi patriam & imperium amittāt, & quæ in alios crudeliter executi sunt, ab alijs crudeliter experiantur. At, quoniam non continuò, non citò: sed post Septuaginta annorum spatia ab excidio Ierosolymitano, hoc oraculum erat implendum, ut facilè tam diutino tēpore intermortuis qui vaticinationem acceperant, poste-

L rorum

rorum notitiã posset effugere: ideò præcipit Prophetæ Deus, vt quæ viderit, scriptura persequatur, & in publicas tabulas inferat. Ea est enim scripturæ cõmoditas & vsus, vt apud absentes & futuros homines rerum gestarum narrationem, eadẽ qua acceperit fide, iisdem omninò verbis exponat. *Explanare visum*, iubetur etiam Vates, eo potissimum modo, quo maxime legentibus notum esse possit ac manifestum. Nullis, scilicet, allegorijs, nullis ænigmatibus inuolutum, nullis obumbratum dicendi figuris: sed noto quotidiano, vulgariq̃ sermone (quemadmodũ & Vates facit) id tractari iubet Deus. Neque solam dictionis rationem perspicuam, manifestamq̃ esse, sed ipsas characterum atq; literarum figuras prægrãdes, lectuq̃ facillimas depingi: *Vt percurret qui legerit eum*. Id est, vt sine vlla cõtatione à quouis legatur, & intelligatur. Vt diuinum de hac re consilium apud hominũ animos quàm maxime testatũ sit, & ab omnibus iustum Dei iudiciũ futurum expectetur: & cùm demum calamitas

tas Chaldæorum ingruerit, non fato, non casu, non fortuito, non rerum humanarum vicissitudine, inuenta, sed ordinatione diuina, iustaque scelerum ultione, noscatur. Quod autem tabulis: & non libro aut volumine, concepta verba iubetur excipere Propheta: ob hoc quidam factum existimant, quod libri ac volumina volui & signari solent, & non omnibus edi, & intra scrinia contineri: tabulæ verò in loco publico proponantur, ut cognoscendi potestas populo sit quæ in tabulis fuerint exarata, atque semper exposita repetendaque lectione, omnium, quorum id cognoscere intererit, negligentiam & ignorantiam accusent. Tabulas quoque multitudinis numero idè nominasse decernunt, quod pluribus hoc consilium iudiciūque suum Deus notum atque manifestum fieri voluerit: cum plures tabulæ idem argumentum omninò continentes, non ad hoc scribantur, ut in vno loco omnes, sed singulæ singulis suspèdantur locis. Et quidè, ut diuturnior esset rerum gestarum memoria, notissimū est ipsas olim

- in acta redigere, eaque in tabulis æreis scribere, & in publicis locis exponere cōsueuisse. Hoc est rescriptum (dicitur in libro primo Machabæorum) quod rescripserunt Romani in tabulis æreis, & miserunt in Ierusalem, vt esset apud eos ibi memoriale pacis & societatis, Et in eodē libro: Cēpit populus Israël scribere in tabulis & gestis publicis, anno primo sub Simone summo Sacerdote, magno duce & principe Iudæorum: Spartiatæ etiam scripserunt ad Simonem in tabulis æreis, vt renouarent amicitias & societatem, quam fecerāt cum Iuda & cum Ionatha fratribus eius. Romani quoque statuerunt ei libertatem, & descripserunt in tabulis æreis, & posuerūt in titulis in monte Sion. Et suscepit Simō, & placuit ei vt summo sacerdotio fungeret, & esset dux & princeps gentis Iudæorū & sacerdotū, & præfesset omnibus. Et scripturā istam dixerunt ponere in tabulis æreis, & ponere eas in peribolo sanctorum, in loco celebri. Quis mihi tribuat, aiebat Iob, vt scribātur sermones mei? quis mihi det vt exaten
1. Mach. 8.
22.
1. Mac. 13.
42.
1. Mac. 14.
18.
1. Mac. 14.
26.
1. Mac. 14.
48.
- Iob. 19. 23.

exarētur in libro, stylo ferreo & plūbi lamina, vel certè sculpantur in silice. Series quippè verborum hæc est: Quis mihi det, vt exarentur in libro & plumbi lamina stylo ferreo, vel certè sculpantur in silice? Sensim nanq; se explicat Iob, quod enim prius generaliter dixerat: Quis mihi tribuat, vt scribātur sermones mei? explicatiùs aliquātulum repetit: vt exarentur in libro. Pro libro autem in hebræo est ספר, quæ vox deducitur à verbo נסר, Quod Referre, narrare, & annūtiare significat. Vnde, quæcunque scriptura, in qua cunq; materia concinnata, Hebræis vocatur ספר, quasi nuntia eorum quæ exceperit. Vt autem perpetua esset sermonum memoria, plumbeum aut lapideū librum exoptat Iob, ferreo stylo exaratum & scriptum. Quod enim Septuaginta vertunt: Quis enim vtique det, vt scripta sint verba mea: vt posita sint autē ea in libro in seculum, in stylo ferreo & plumbeo, aut in petris insculpta esse? Et plumbeo, non cum stylo, vt iunxit Pagninus: sed cum Libro cōiungendum existimo. He-

bræa tantùm habent. Quis mihi det, vt in libro exarentur stylo ferri & plumbo? Editio Variabli transfert: Vtinam scribantur mei sermones, vtinam in libro exarētur, styloq; ferreo incidantur in plūbum aut saxum, quo perpetuò durēt. Etenim, pro eo quod Vulgatus interpres reddidit: Aut certè: in Hebræo est אדף, id est, Adusque, vel, In æternum: vt identidem vertit editio Vulgata. Et in hoc quoque Iob loco Septuaginta seniores verterunt: Vt posita sint autem ea in libro in seculū: quibus Chaldæus paraphrastes assentit. Vnde, quòd nonnulli codices, pro Certè, habent Celte, vitio librariorum accidisse putatur. Tractauit diligenter satis hunc locum Franciscus Lucas Brugensis, in annotationibus in sacra Biblia, quibus variantia discrepantibus exemplaribus loca, summo studio discussit. Sed nos ad tabulas redeamus. Non autè solùm acta publica, sed negotia quoq; priuata, imò epistolæ familiares, in tabulis olim scribebantur: vnde & tabellarius appellatus est, qui literas priuatas perferret. Hucq; etiam

etiam apud Euripidem respexit nuntius, qui in Hyppolito coronato, cùm interitū filij misero parenti ordine narrasset, in extremo sermone suo innocentiam calamitosi adolescentis defendere volens, liberè locutus est, dixitq; se non existimaturum, illum affinem fuisse sceleri, cuius arguebatur, quamuis muliebre omne genus se suspenderet, aliquisq; piceam in monte *Ida* stantem literarum impleret. Significat quippè tabellas, quas in manibus vxoris pendentis inuenit Theseus. Ostenditque nuntius, si infinita tabularum vis referta sit criminibus in Hyppolitum scriptis, nullam se fidem illis contra exploratam probitatem ac pudicitiam iuuenis habiturum. Scriptoriæ porrò tabulæ, ex buxo plærunque fieri, ceraque obdduci, consueuerunt: vt canit Propertius, de tabulis perditis sic dicens:

*Non illas fixum charas effecerat aurum,
Vulgari buxo sordida cera fuit,
Hinc, ceram pro epistolis aut pugillari-
bus vsurpari frequenter inuenimus.*

Nonnè libet medio ceras implere capaces

Quadruiuo?

Et:

Dextra tenet ferrum, vacuam tenet altera ceram.

Isa. 30. 8.

Hinc Septuaginta interpretes apud Habacuc, pro, *Super tabulas*: in buxum, vertunt: quod etiam fecerunt apud Isaiam, hosque secutus Vulgatus interpres trās-tulit: Nunc ergo ingressus scribe ei super buxū. Cū tamen in Hebræo sit *על היד* id est, super tabulam. Stylo autem æreo aut ferreo obductam buxo ceram exarabant. *Is* porrò columellę instar cum epistyllo, longiusculus, parte anteriori subulatus, at posteriori, latiuscula acie, patulus fuit. Qua aculeatus esset, scribebant, & cuspidē exarabant, si quid verò delendum foret, latiore styli parte exterebant, & pugillarium equor inceratū complanabant. Et quoniam priores partes ageret scriptio, quàm litura, idè cū delebant, hoc est, latiore ac deletilem styli partem conuertebant, Stylum vertisse dicebantur. Vnde est illud Hieronymi in Apologetico ad Donnionem: Qui meliorem

liorem styli partem eam legerim, quæ dele-
 leret, quâ quæ scriberet. *Affirmat Fabius*
Quintilianus: Stylum non minus agere
cùm delet. Hùc igitur pertinet illud Ho-
ratianum:

Sapè stylum veritas, iterum, qua digna legi
sint,

Scripturus: neque te ut miretur turba la-
bores.

Hinc denique est, quod Dominus in li-
 bris Regum minatur: *Extendam super Ie-* 4. Re. 21. 13
rusalem funiculum Samariæ, & pondus
domus Achab: & delebo Ierusalem, sicut
deleri solent tabulæ: delens vertam & du-
cam crebrius stylum super faciem eius.
 Vbi *Vulgatus* interpretis legisse videtur
 תבלי, id est, Tabulæ: cùm modò habeatur
 תבליץ in codicibus *Hebraicis*, quæ vox
 propriè lebetem, aut ollam, aut scutellâ
 significat. Certè, *Vulgata editio* vasis ge-
 nus esse testatur, cùm in quarto Regum
 libro sic transfert. *Afferte mihi vas nouû,* 4. Re. 2. 20
 & mittite in illud sal. *Est enim pro Vase*
 תבליץ. *Et in libro secundo Paralipome-* 2. Pa. 35. 13
 non, vbi legimus: *Pacificas verò hostias*
 coxerunt

coxerunt in lebetibus, & cacabis, & ollis: in Hebræo pro, Ollis, est *נִינְיָ*. Ergo alij Hebræa, verbum verbo reddentes, sic transferunt: *Et expurgabo Ierusalem, sicut expurgabit scutellam, expurgauit & vertet super faciem suam.* Pagninus eadem ferè: *Et abstergam Ierusalaim, sicut abstergit quispiã scutellam, & terfit, vertit super faciem suam.* Editio verò noua, scholijs Vatabli illustrata: & detergã Ierusalem, quemadmodum quis patinã detergit, & eam vertit. *His suffragari videtur Septuaginta interpretum editio, quæ habet: Et delebo Ierusalem, sicut deletur pyxis, & vertitur super faciẽ suam.* Similitudinem ergo ab expurgantibus vasa petita inuolunt, qui postquam ea deterferint, ne quid humoris supersit, inuertunt. *At vulgatus interpres ad tabulas transtulit, atque ideò de suo addidit: Et ducam crebrius stylum. Quin & Vulgate editioni Latinę, Septuaginta nõ omninò contradicunt: nam *ⲁⲩⲩⲟⲩ* tabula quoq; buxæa est, qua, vt diximus, scriptores antiquitus utebantur. Vertūt autem Septuaginta:*

ginta: κκθς εἰς κλειφετικὸ τοῦ υἱοῦ, id est, sicut deletur pixis. Vel, Sicut deletur tabula buxea. Postremò, quali figura stylus olim fuerit, nempè posteriore parte latiuscula, facillè Augustini verba demonstrât, cùm in libro de *Quantitate animæ* sic scribit: *Cùm nuper in agro essemus Ligurię, nostri illi adolescentes, qui tunc mecum erant studiorum gratiã, animaduertentur humi iacètes in opaco locò reptantem bestiolam multipedẽ, longũ dicam quendam vermiculum: vulgo notus est, hoc tamen, quod dicam, nunquàm in eo expertus eram. Verso nanque stylo, quem fortè habebat vnus illorum, animal medium percussit. Tum ambę partes corporis ab illo vulnere in contraria discesserunt, tanta pedum celeritate, ac nihilo imbeciliore nisu, quàm si duo huiuscemodi animantia forent. Hęc Augustinus. Anteriore autem parte subulatum ac præacutum stylum fuisse, vel beatissimi Cassiani martyrium testatur: is puerorum, quos erudiebat, ferreis stylis interijt. Verùm de*
 tabulis

tabulis & stylo satis sit: nam sentio me esse longius prouectum, quàm proposita ratio forsitan postularet.

Quia adhuc visus procùl, & apparebit in finem, & non mentietur. Si moram fecerit, expecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit.

CVM Deus instantem Chaldeorum Caduentum, & propinquam prænuntiat Iudæorum captiuitatem, prophetæ non iubet scribere: sed, Aspiciate, inquit, in gentibus, & videte, & admiramini, & obstupescite. Nempè, Quia opus fiet in diebus vestris: neque scripturæ recordatione est opus, ubi rerum prænuntiarum conspectus, ipsarum prædictionem è vestigio subsequitur. At, quoniam Chaldeorum ruina, non in proximo, sed post longum tempus euentura præmonstratur: ideò, ne memoria excidat vaticinij, quæ viderit Habacuc, tabulis imprimere iubetur. Scribe visum, inquit Deus, & explana eum super tabulas: *Quia adhuc visus*

ſus procul. Non mox fient quæ mètis oculis modò viſurus es: verùm è longinquo ventura proſpicias. Apparebunt autem proculdubiò præſtituto tempore, neque fallent. *Mentiri* enim apud diuinos ſcriptores quandoque ſignificat Fallere, & euentu expectato fruiſtrare, in qua ſignificatione inferiùs uſurpat Habacuc: *Mentietur opus oliuę. Apparebit in finē*, dixit, pro, Cõſtabit tandem. Ergo, etiam ſi morã facere videbitur, ne deſperes, ſed expecta illum: ueniet quippè certiffimè, neq; ad modum multum tardabit, ſed poſt Septuaginta annorum ſpatium à Iudaica captiuitate, ſe proferet. Aut, quod Theodoretus exponit: *Non tardabit*, id eſt, non viſio imperfecta manebit. Repetitio nanque eius uidetur eſſe, quod dixerat: *Apparebit in finem, & non mentietur.* Neque enim pacto vllo fieri poteſt, vt tempore idoneo, & loco opportuno non ueniat quicquid Deus venturum prædixerit. Quod autem dicitur: *Expecta illum: quia ueniens ueniet, & non tardabit:* quidam Cyro aduerſus Babylonem venturo tribuerunt

runt. Septuaginta interpretes ad quę re-
 latiuū, *Illū*, retulerint, non cōstat satis: ma-
 nifestū porrò est, ad Visum non retulisse.
 Siquidem *ῥεκα:ου ορασιῦ*, id est, Scribe visionē,
 genere fœminino: & *υπομινοῦ κντοῦ*, hoc est,
 Sustine eū, masculino genere, interpreta-
 ti sunt. Paulus Apostolus, mysticū sensum
 forsitan persecutus, ad Christū per Cyrū
 adumbratū, & in iudiciū aduentantē, ap-
 plicauit, cū ad Hebræos scribit in hūc mo-
 dū: Patientia enim vobis necessaria est, vt
 voluntatē Dei faciētes, reportetis promif-
 sionem: Adhuc enim modicū, aliquantu-
 lūq; qui uēturus est, ueniet, & nō tardabit.
 Quāuis B. Thomas Aquinas, dici posse ar-
 bitretur, Paulū nō Prophetæ citasse locū,
 sed ex seipso fuisse locutū: cui non minū
 quā prophetæ ipsi fidē adhibere, sit neces-
 sariū. Cū Habacuc dixerit: Adhuc visus
 procul: Apostolus verò: Adhuc enim mo-
 dicum. Veruntamen *πιη* apud Hebræos
 genere masculino Visus dicitur, & vsque
 ad finem sub eodē genere, visionis, id est,
 Visus, masculina declinatio cōseruat. Er-
 go Hieronymus, qui & in pphetis vulgat⁹
 inter-

interpres esse creditur, relatiuū, *Illū*, ad Vi-
sum refert, vt sit sēsus: Scribe quę videris;
quęq; illo perspicacissimo sexto pphetarū
sensu lōgè etiā semota cognoueris. Scribe
aut, & id quoq; in tabulis, vt scripta perdu-
rēt. Quę em̄ videbis, nō statim eueniēt: sed
verò post lōgiusculā tēporis morā. Neq;
tamē eo q; morētur, ea desinas expectare:
eueniēt quippè sine dubio certissimè, ne-
que lōgā admodū morā trahēt. Porrò, cū
& Cyrū Chaldeos euertentē: & in Cyro
Christū, pphetarū omniū scopū, dēmones
deuastantē, atq; aēreas potestates debellā-
tem, prēviderit Habacuc: cū relatiuū,
Illū, ad visum referimus, vtiq; & ad Cyrū,
iuxta literam, & ad Christū, iuxta allego-
riam, cum Paulo appositè coapramus.

Veniēs veniet, nulla in omnibus diuinis li-
teris vsitator dicēdi figura est: qua id cer-
tissimè aut factū, aut futurū asserit, quod
eiusdē verbi geminata repetitiōe cōfirma-
tur. Dēniq; intensiōnē quandā importat,
& validiorē sentētiæ asseuerationē. *Faciēs* 1. Reg. 25.
faciet Dñs tibi Dño meo domū fidelem. 28.
Et: Visitans visitaui vos, & vidi omnia Exo. 3. 16.
quæ

quæ acciderût vobis in Ægypto. Veniet igitur proculdubiò: neque proluxa temporis intercedet dilatio. Tardabit enim, sed non multum.

Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso: iustus autem in fide sua vivet.

Hinc incipit videre Habacuc, quem finem habitura sit Regis Babylonis immoderata felicitas: docetque Vatem Deus, humanam prosperitatem, si Dei cognitione & obsequio suffulta non fuerit, haud diù rectè agere, haud longo tempore perdurare. Sed corruere plerumque, dum in sublimi est, &, vel in hoc seculo à superuenientibus miserijs & ærumnis ingruentibus intercidi: vel saltem, vt per totam vitam protracta sit, æterna morte tamen, atque æterna calamitate concludi. Cræsum vtique sapienter admonēbat Solon, omnis rei inspicere exitum oportere, quo euasura sit: neque enim, aiebat, beatior est qui magnis opibus præditus sit

fit, eo qui diurnum victum habet: nisi ei-
dem omnibus bonis prædito benè vita
defungi contigerit. Ego quidem horum
verborum eandem esse sententiam exi-
stimo, quã David Psalmo trigesimo sexto
tam copiosè & eleganter pertractat. Noli *Psal. 36. 1.*
inquit, ad æmulationē & indignationē,
improborū prosperitate prouocari, neq;
inuidiæ zelo in eos commouearis: quo-
niã tanquã foenum velociter arescēt,
& quemadmodū olera herbarū citò deci-
dent. Spera in Domino, & fac bonitatē,
& inhabitabis terram, & pascēris in diui-
tijs terræ. Quoniã qui malignātur, exter-
minabuntur: sustinentes autē Dominum
ipsi hæreditabunt terram. Et adhuc pu-
sillum, & non erit peccator, & quæres lo-
cum eius; & non inuenies. Mansueti au-
tem hæreditabunt terram, & delectabun-
tur in multitudine pacis, id est, in copia
omnium bonorū, quæ nomine Pacis ab
Hebræis significantur. Quoniã brachia
peccatorum conterentur, confirmat autē
iustos Dominus. Iniusti punientur, & se-
men impiorum peribit: iusti autē hēredi-

tabunt terram, & inhabitabunt in seculū
 seculi super eam. Proprio, videlicet, hære-
 ditarioq; iure, quieta ac læta conscientia,
 eam possidentes & incolentes, & diutif-
 simè in ea commorantes. Similiter Deus
 apud Habacuc: *Ecce qui incredulus est*, in-
 quit, hoc est, infidelis quilibet, Dei luce
 atq; vera diuinitatis cognitione destitu-
 tus, vera pietate atq; religiōe priuat^o, cōtu-
 max deniq;, & fastuosus, qualis est iste Na-
 buchodonosor, cuius tu tātopere, ô Haba-
 cuc, imperiū & fortitudinē demiraris, is,
 inquā, nō diutino tēpore relatione volup-
 taria fruet, nō vitā semper in bonis ducet,
 non eundē tenorē iugiter ac rectitudinē
 prosperitatis & felicitatis cōseruabit. Ocu-
 li enim sublimes hominis humiliati sūt,
 & incuruabit altitudo virorū: vt est apud
 Isaiam. Et in alio loco apud eundē: Incur-
 uabit Dñs habitātes in excelsō, ciuitatē
 sublimē humiliabit: humiliabit eam vsq;
 ad terrā, detrahet eam vsq; ad puluerē.
 Incuruari autem & non esse rectam ani-
 mam, idem sunt, & Dauid, Incuruaue-
 runt animam meam: dixit, pro: Depresse

runt vitam meam, & in plurimas ætunas
atque calamitates coniecerunt. Sic etiã &
Habacuc: Nõ erit recta anima eius in semet-
ipso, posuit, pro, Non prosperabitur perpe-
tuò vita eius, nõ semper secundis utetur
successibus. Dirigi quippè, in diuinis li-
bris, prosperari est, & lætis euentibus for-
tunari. Ut in libro Machabæorum primo
dicitur de Iuda: Et directa est salus in ma-
nu eius. Et in Psalmis: Vir linguosus non
dirigetur in terra: virum iniustum mala
cipient in interitu.

1. Mac. 3. 6

Psal. 139. 12

Ceterum pro: *Qui incredulus est:* Hebræa
habent, תַּאֲרָבָה, nomen generale, ac si di-
cas, Tenebrio, à verbo Hebraico תַּאֲרָבָה,
quod obscurari & contenebrari signifi-
cat. Ut etiam testimonio est quod vertit
Vulgatus interpres in Numeris: At illi cõ-
tenebrati ascenderunt in verticem montis.
Et in Isaia: Tenebrę & palpatio factę sunt
super speluncas. Ergo, quicumque, cùm
cognouissent Deum, non sicut Deum
glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed
euanuerunt in cogitationib⁹ suis, & obscu-
ratum est inspiens cor eorum, hoc verbo

Num. 14. 44

Isa. 32. 14.

Rom. 1. 21.

comprehendi, atquæ significari putaerim. De quibus in alio loco scribit Apostolus: Tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam quæ est in illis, propter cecitatem cordis eorum: qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitia, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiã. Auaritiæ porrò & idololatriæ ante alia in sequentibus insinuat Nabuchodonosorem Deus. At tamen, etsi generale ac cõmune quodãmodo sit vitij omnibus Hebraicum vocabulum נְבִיאִים: interpretes ferè omnes specialiter interpretati, diuersis vitij coaptarunt. Pagninus superbum exponit, trãstulit enim: Ecce, viri superbi non est recta anima in eo: iustus autem fide sua viuet. Vatablus antithesin hanc in hunc modum & sententiam componit: Qui animo recto non fuit, superbiuit, & exaltat sese, vtpotè Nabuchodonosor, qui victorijs intolescer, neque illarum gloriam ascribet Deo: at iustus erit humilis, & non arrogans, & ita viuet, pereunte eo qui rectus animo

non

non fuit. Omittit enim, iuxta Vatabli sententiam, Vates partem vnam antithesis in priore particula, & alteram in posteriore. In priore omisit: *Et non viuet.* In posteriore: *Erit humilis & non arrogans.* Quòd si integra esset contentio, ita diceretur: *Qui incredulus est, non erit re-cta anima, ac proinde morietur: iustus autem erit anima re-cta, ac proinde ex fide sua viuet.* Hæc Vatablus. At verò Vulgatus interpres vocem Hebraicam peculiariter retulit ad incredulitatem: quoniam per Antithesin sequeretur: *Iustus autem in fide sua viuet:* opposuit quippè incredulū fidei. Septuaginta seniores pro: *Ecce qui incredulus est:* verterunt: *Si retraxerit se:* quod Paulus scribens Hebræis, in hunc sensum videtur exponere. Si iustus ex fide subtraxerit se à iustitia fidei, non placebit animæ meæ. Commutat enim Paulus Septuaginta interpretum editionis sententias: quodq; illi verterunt: *Si retraxerit se,* non complacebit anima mea in eo: at iustus ex fide me viuet. Paulus conuersis orationis periodis, sic refert: *Iustus meus*

Heb. 10. 38

ex fide viuet, quòd si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. Quasi dicat Dominus ad Habacuc: Quicumque à vera iustitia (quæ nõ aliud de quàm à recta in Deum fide, atque vera pietate & charitate proficiscitur) se subtraxerit, is sanè non placebit animæ meæ. Vnde consequens est, vt vita eius neque recta neque foelix futura sit, qui bonorum omnium ac solidæ foelicitatis infensum habeat autorem. Solus quippè ille beatam ex omni parte vitam deget, qui veræ fidei ac religioni veram atq; legitimà iustitiam coniunget. Quod autem Septuaginta pro *Anima eius*, dixerunt, *Anima mea*: & pro *Fide sua*, posuerunt: *Fide mea*: vnus literulæ permutatione factum est: legisse quippè videntur $\psi\mu\mu$, atque, $\eta\eta\mu\mu$, vbi nunc in codicibus Hebræis legitur, $\psi\mu\mu$, atque, $\eta\eta\mu\mu$. Aut certè, quod mihi satis verisimile videtur, paraphrasticòs trãstulerunt, *Anima mea*, *Fide mea*, vt ostenderent, vnde anima retrahentis se à iustitia, futura esset non recta: nempè, quia anima Dei non complaceret in eo. Ostèderèt etiã quæ esset fides iusti,

iusti, in qua illum viuiturum asseueraret Habacuc: nempè Dei fidem. Ne dubia Vatis sententia: *Iustus in fide sua viuet*: etiã idolorum cultores ad suam vti possent superstitionem: si cum ipsa naturalem iustitiam, vt nonnulli philosophorum facere videbantur, coniungerent.

Ego verò sic existimo, integram antithesin esse, & Hebraicum vocabulũ *חַיָּ*, id est, lucifuga, aut tenebrio, cui libet cõmuniter peccatori ac scelesto cõpetere, iustoq; apud nostrũ Vate opponi: & Nõ esse rectã animã in eo, verbo Viuet cõtrariari. Hebrẽi quippè Viuedi verbo, p̄ Saluũ sanũ, & incolumẽ esse, vti solèt, & pro tranquilla ac læta viuẽdi ratione interdũ accipiunt, in qua nihil desideretur, quod ad benè beatèq; viuendũ sit opus. Etenim vt ait quidã: Mortis habet vices, létè cùm trahitur vita gemitibus. Nuntius apud Sophoclem in Antigone sic ait:

*Nam nulla cui mentem voluptas recreat,
Non viuere hercle existimo, sed mortuum
Viuentis illum ferre prae se imaginem.
Sis diues, ac ad eis superbas occupes.*

*Vinas tyranni praditus potentia,
Nisi omnia hac prasens voluptas condiat:
Ego omnia hac ne umbra quidem fumi eme-
rim.*

Eleganter etiam poëta Biblilitanus:

*At nostri benè computentur anni,
Et quantum tetrica tulere febres,
Aut languor grauis, aut mali dolores,
A vita meliore separentur:
Infantes sumus, & senes videmur.
Aetatem Priamiq; Nestorisq;
Longam qui putat esse, Martiane.
Multum decipiturq;, falliturq;.
Non est viuere, sed valere, vita.*

Sic nonnunquàm & diuini Scriptores,
Viuet, dicunt, pro, imminentem alijs mor-
tem, aut miserias & calamitates effugiet.

Leui. 18. 5. Huiusmodi est illud: Custodite leges
meas atque iudicia: quæ faciens homo,
Ier. 30. 2. viuet in eis. Et illud quoque: Quicumque
mâserit in ciuitate hac, morietur gladio,
& fame, & peste: qui autè profugerit ad
Chaldæos, viuet, & erit anima eius sospes
& viuens. Interdum etiam pro lætè atq;
securè vitam degere, accipiunt, vt in Psal-
mis:

mis: Quoniã ego in flagella paratus sum, *Pf. 37. 20.*
 & dolor meus in conspectu meo semper.
 Inimici autem mei viuunt, & confirmati
 sunt super me. Et in alio loco: *Et uiuet, Psal. 71. 15.*
 & dabitur ei de auro Arabiæ, & adora-
 bunt de ipso semper, tota die benedicent
 ei. Sic etiam & apud *Habacuc: Iustus in fi-*
de sua uiuet: positum est, pro, Misericordias at-
 que supplicia improbis & iniustis impẽ-
 dentia vitabit & effugiet: quin etiam pa-
 catissima animi securitate, & lætissima
 mentis tranquillitate perfructur. Cùm
 è contrariò Furis iniustorũ mētes exagi-
 tent, animusq; culpa plenus, & semet ti-
 mens. Per verbum igitur *niy* generali-
 ter, iniustum quemlibet intelligo: meri-
 toq; omnis peccator tenebrionis nomi-
 ne designatur, cùm iuxta Philosophorũ
 placita, omnis peccans sit ignorans, &
 tenebris atque caliginẽ, iuxta Pauli sen-
 tentiam, obscuratum habeat insipies cor.
 Quod vel damnati ipsi fatentur in infer-
 no, dicentes intra se: pœnitentiam agen-
 tes, & præ angustia spiritus gementes:
Ergo errauimus à via veritatis, & iustitię
 lumen

lumen non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non est ortus nobis. Quomodo igitur tenebrio non erit, cui lumen iustitiæ non affulget? Diximus porrò dictionem הַיָּמָה deduci à verbo הַיָּ, quod obscurari, & contenebrari significat. Iniustum verò quemlibet, incredulum quodamodò, & superbum appelles licet: nam & superbia radix est omnium malorum, & is qui lethaliter peccat, etsi vera fide præditus sit, eam tamen mortuam habet, atq; inefficacem ac languidam, siue, vt Concilij Tridentini verbis dicam, mortuam habet & otiosam. Quocūq; igitur vocabulo veritas הַיָּ, iusto opponitur, vt ego sentio.

Iusti porrò nomen vt à Philosophis, iuxta naturam tantummodò virtutes definiuntibus, usurpari consuevit, proprie circa actiones & operationes versatur. Iustitia quippè, vt Aristoteli placuit, habitus est, quo iusta operamur & volumus, sicut Fides credendi est habitus. Dicitur ergo Iustus isto modo proprie, qui perpetua cōstantiq; volūtate, iuris præcepta custodit. Porrò antè tria sunt hæc: *Honestè*
viuere

viuere: alterum non lædere: ac ius suum
 vnicuiq; tribuere. Estq; iustitia constans
 & perpetua voluntas, ius suum vnicuiq;
 tribuens. Quisquis autem à iustitia defle-
 xerit, & vt cum Septuaginta interpreti-
 bus dicam, quicumque se à iustitia retra-
 xerit, siue is fidelis, siue infidelis sit, nõ erit
 recta anima eius in eo, in plurimas calami-
 tates & ærumnas incurret, meritam scele-
 ribus suis vltionem, & mortem ad extre-
 mum æternam subibit. At non mox, vt è
 contrario dicendum videbatur, si quis
 isto, quem diximus, philosophorum mo-
 do, integrè etiam iustus esset (quanquã
 esse integrè, ne isto quidè modo, hoc na-
 turæ corruptæ statu quisquã posse credit,
 sine Dei gratia & iustitia, in qua & vna
 cõtinetur fides) sed si etiã esset, nõ mox ta-
 mē viuet, inquit Habacuc, neq; securũ ac
 tranquillũ æuum deget, neq; eternã po-
 stremò beatitudinẽ assequetur. Sed is so-
 lũ qui operibus iustitiæ viuã atq; legitimã
 Dei fidem copulabit: hũc, veluti corpus
 omnibus suis numeris absolutũ ac contẽ-
 peratũ, & charitas informabit, & gratiæ
 diuinæ

diuinæ vitæ non destituet. Tantùm abest,
 vt Habacuc soli fidei vitam attribuat: ve-
 rùm simul iustitiæ ac fidei. Fide, iustus
 Deum agnoscit, & ijs, quæ à Deo dicta
 sunt, credit: mox per iustitiam cum Dei
 charitate coniunctam, perpetua & con-
 stanti voluntate, & Deo & alijs ius suum
Rom. 13. 7. unicuiquè tribuit: cui tributum debet,
 tributum: cui vectigal, vectigal: cui timo-
 rem, timorem: cui honorem, honorem.
Mat. 22. 21 Reddit deniquè quæ sunt Cæsaris, Cæsari:
 quæ sunt Dei, Deo. Ex fide viua & ius-
 titia pariter coniugatis, iustitiam Dei
 conflari & insurgere, docet Paulus Ha-
 bacuc testimonio, ad Romanos scribens
Rom. 1. 16. in hunc modum: Non erubescio euange-
 lium: virtus enim Dei est, in salutem omni
 credenti, Iudæo primùm & Græco. Iusti-
 tia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fi-
 dem, sicut scriptum est. Iustus autem ex
 fide viuet. Iustitiam quippè Dei dixit Pau-
 lus, non humanam, qualem cognouerunt
 philosophi: non legalem, de qua gloria-
 bantur Iudæi: non aliam quamuis: sed
 qua homo apud Deum iustus efficitur,
 quæ

quæ non solùm actiones moderetur, vt illa naturalis & humana, sed ex recta in Deum fide, tanquàm ex humanæ salutis initio proficiscatur: illi, vt fundamento, innitatur, ex ipsa, veluti ex radice omnis iustificationis, alatur & crescat, & quasi succum hauriat, ne laborum & ærumnarum æstu areseat, atque deficiat. De hac Dei iustitia latiore[m] disputationem instituit Paulus in eadem Epistola, quam ad Romanos scripsit, capite decimo, hæc ab humana atque legali iustitia discernens. In primo autem eiusdem Epistolæ capitulo, hunc Vatis nostri locum adducens, dum ait: Non erubescō Euangeliū. Virtus em̄ Dei est in salutē omni credēti, Iudæo primū & Græco. Iustitia em̄ Dei in eo reuelat̄ ex fide in fidē, sicut scriptū est: Iustus aut̄ ex fide viuet: licet dimidiū antithesis tantū protulerit, totam integram intelligi voluit, totam siquidem & integram latius amplificando interpretatur. Demonstrat quippè priorem antithesis partem, cū mox causam reddendo subiungit: Reuelatur enim ira Dei de cœlo

Rom. i. 16.

Rom. i. 18.

cœlo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Narratq; deinde de crimina gentium, quæ nihil excusationis habere ostendit. Docet demùm, perfidos omnes, siue Iudæi illi, siue Gentiles sint, non recta anima atque vita futuros: id est, omnes pariter perituros. Nisi enim primam antithesis partem tractare Paulus intelligatur, causæ quoque illa redditio: Reuelatur enim: quoniam pacto cum antecedentibus & consequentibus cohæreat, intelligi nequit. Et nisi ad priorem antithesis partem referantur, non liquet, qua de causa, tam multis crimina gentium demonstrantur, usquè ad illud secundi capitis. Qui reddet unicuique secundum opera eius: ijs quidem, qui secundum patientiam boni operis, gloriâ & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam: ijs autè, qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio. Quibus posterioribus verbis Paulus verbum *Hebraicum* חַפְצָא, interpretari

.31.1.602

.2: 1.607

וְחַפְצָא

tari

tari videtur, eosq; significare, qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati: credunt autem atque adhærent iniquitati. Ergo vatis nostri Habacuc hanc esse sententiam existimo: peccatorem ac sceleratum quemlibet, nulla adhibita cõditione, fidelis ne sit an infidelis, malè proculdubio habiturum, miserimãque mortem appetiturum: iustum autem, quiq; naturæ ac legum præcepta serua-uerit, viuiturum: modò iustitiæ ac honestis operibus viuam ac legitimam Dei fidem habeat coniunctam. Simili dicendi formula vsus est Christus apud Marcum, dicens: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, MAR. 16: 16. condemnabitur: Omnis qui non crediderit, siue baptizatus fuerit, siue illotus, condemnabitur: at non mox, qui crediderit, saluabitur, sed qui crediderit fide viua, ac baptizatus fuerit. Hunc locum Habacuc interpretatur in hunc sensum bea-tissimus Papa Sixtus, huius nominis tertius, autor tamen vetustissimus ac doctissimus, pariterq; sanctissimus. Is, dum in epistola

epistola, De malis doctoribus, & operibus fidei, & de iudicio futuro: hereticorum expositionem deludit, sic inquit. Ex his igitur omnibus credo iam manifestum esse, his tantum professionem fidei ad vitæ gloriam profuturam, qui eam habere se bonorum operum exercitatione, & sanctæ conuersationis protestatione monstrauerint. Illis verò non satis eius prerogatiuam collaturam, qui vitam suam probroso delictorum inquinamento, & turpissimo flagitiorum cœno scdauerint. Sed dices mihi: si fides absque iustitiæ operibus minus proderit, quomodo per Prophetam Dominus dicit? Iustus autem meus ex fide viuit. Vnde intelligi datur, posse credentibus vitam etiam ex solius fidei professione præstari. Præstabitur sanè, sed illis, quibus præstari promittitur. Quibus itaque promittitur? Iustis, ni fallor: Iustus enim meus, inquit, ex fide viuit. Non dixit: Peccator in fide viuit, si in delictorum suorum conuersatione durauerit, aut si fidem habet, permanens in peccatis suis ex fide viuit, & peccatorum etiam

etiam si peccare non desinat, sola iustificat fides: demonstrare te par est. Cæterû; eius rei præmium quod solis iustis promittitur, puto quòd in sua iniustitia perseverantibus denegetur. Memento de baptizatis, non de catechumenis haberi sermonem. Præcius enim fuit Dominus nouissimis temporibus tales fore doctores, qui sub velamento fidei, omnè disciplinæ rigorem atque iustitiæ, adulatoriæ niteretur persuasionis oblectatione, destruerent. Et idcirco huius sententiæ definitionem, ac inexpugnabilem iustitiæ murum, ante construxit, quem nequaquam peruersæ doctrinæ aries possit agitare. Quæ diximus hucusque, Sixti sunt summi pontificis. Constituit autem pro comperto: Iusti vocabulû peculiariter & speciatim ad actiones & operationes pertinere: alioquin tota eius argumentatio debilis profectò esset & inualida. Ergo, vt ad propositum veniamus, dū affirmat Deus apud Habacuc, impium quolibet malè periturum: solumq; iustum, modò iustitiæ viam Dei fidem copulauerit viuaturum: ostendit

vtiquè, impium ac iniustum Babylonis Regem ac populum, nõ diù victoriarum gloria & imperij dignitate fruiturũ: sed non adè post multum temporis, debito supplicio impietatem & iniustam aliorũ oppressionem luiturum, atq; regno pariter & diuitijs, per iniuriam corrasis atque tyrannidem, cariturum.

Et quomodò vinum potantem decipit, sic erit vir superbus, & non decorabitur.

EVeniet, inquit Deus, Nabuchodonosori, id quod acratopotis plærunq; solet: nempe, vt vini suauitate decepti, auariter ac plenis faucibus (vt Plautus dixit) merũ ingurgitent: quo postmodũ in temulentiam adacti, dũ miris modis insaniant, fabula omnibus ac risus fiant. Denudant, dehonestant, conspurcant quippè sese, etenim quæ suauiter biberant, turpiter postmodũ cum acore atque singultibus euomunt. Et vt Lucretius dixit:

Cum vini vis penetrauit

Acris, & in venas discessit diditus ardor,

Conse-

*Consequitur grauitas membrorum, prae-
diuntur*

*Crura vacillanti, tardescit lingua, madet
mens,*

Nāt oculi, clamor, singultus, iurgia gliscūt.

Vnde in Prouerbijs Salomonis mone-
mur: Cui vix? cuius patri vix? cui rix? cui
fouex? cui sine causa vulnera? cui suffu-
sio oculorum? nonne his qui commoran-
tur in vino, & student calicibus epotan-
dis? Ne intuearis vinum quādo flauescit,
cū splenderit in vitro color eius: in-
greditur blandè, sed in nouissimo mor-
debit vt coluber, & sicut regulus venena
diffundet. Chremes ille Terētianus scitè
admodū se à vino deceptū cōqueritur: At
at, inquit, data herclè verba mihi sunt: vi-
cit vinū, quod bibi. At dum accubabam,
quā videbar mihi pulchrè sobrius? Post-
quā surrexi, neque pes neque mens sa-
tis suum officium facit. Ad hunc modum
humana prosperitas, primo quidem fal-
laci splendore, blandoque vultu allicit: at
cū secundo flatu in altum quempiam
inuexerit, pondere suo subsidit, & quem

Pro. 23. 29.

eleuarat submergit, aut vehementiore
 spiritu raptatum, saxis calamitatum alli-
 dit. Primò nanque prosperitas æmulationem
 parit, deinde inuidiam, postremò dif-
 fensiones & prælia. Ex quo propè semper,
 miseria prosperitatè subsequitur, & qui
 superbus & arrogans opibus atque di-
 gnitate cluebat, cum dedecore & igno-
 minia, ab imperio & honore deiicitur.
 Rarò quippè *Fortunæ* bona bonis: malis
 plærunq; viris ac iniustis & sceleratis, cõ-
 tingunt: vnde etiam perquàm rarò acci-
 dit, vt *foelix iniuriosus* non sit. Etenim, vt
 docet *Stagirita*, qui sine virtute prosperi-
 tates *Fortunæ* habèt, immeritò se dignos
 magnis honoribus æstimant, neque ma-
 gnanimi rectè dicuntur: non enim sunt
 hæc sine cumulata virtute. Contempto-
 res autem petulantescque fiunt: non est
 enim facile, sine virtute res moderatè
 ferre secundas: atque cùm æqualiter fer-
 re non possint, putentque se cæteris an-
 tecellere, illos quidem despiciunt. Ipsi
 verò quidquid contigerit agūt, imitatur
 enim magnanimū, & similes ei non sunt:

idque

idque faciunt in quibus possunt. Hæc Aristoteles.

*Qui dilatauit quasi infernus animam suam:
 & ipse quasi mors, & non adimpletur: &
 congregauit ad se omnes gentes, & coacer-
 uauit ad se omnes populos.*

REcè Timon, ille Misanthropos, elementa malorum esse dixit insatiabilitatem & ambitionem. Vt enim affirmat Aristoteles, plæraque eorum, quæ homines iniuste faciunt, per ambitionem & avaritiam committuntur. Nam cum semel hæc hydropisis hominem inuaserit, quos non tumultus ciet? quas nõ turbas & confusiones excitat? Nullius vitæ, nullius parcit sanguini: dummodò rerum potiantur, imperitet omnibus. Omnium mortalium fortunas vitasq; perdere, pro nihilo ducit: imò eo magis sibi ipsi placet, quo maiorem stragem ediderit. Quãdoquidem eam vnã viam ad maximam gloriam & maximũ imperiũ sibi proposuit. cœca ac sæua mortalium ambitio: si mor

tis instar, innumeras cædes intulerit, si copiosissimos exercitus trucidauerit, multas si animas demisserit orco. Hoc est enim: *Qui dilatauit quasi infernus animam suam.* Mortis quippè natura inexplebilis est, nunquam finem occidendi faciens: neque vlla etiam vnquam tanta fuit cadaverum copia, quam terræ sinus, commune omnium sepulchrum, non caperet. Dictio nanque *הַיְיָ*, pro qua *Infernus* vertit Latinus interpres, propriè significare Sepulchrum dicitur. Idquè Iacob intellexisse creditur, cum ait: Descendam ad filium meum lugens in infernū: id est, nullam de rapto filio consolationē admittam: sed dabo operam, vt sordibus ac luctu finem viuendi faciam, ad sepulchrumquè efferar, neque amplius apud superos sim, cum ille apud superos esse defierit. *Ac rursus: Deducetis canos meos cum mœrore ad inferos, id est, me senem mœrore confectum sepulturæ dabitis. Conspirauit in hanc sententiā omnium ferè neotericorum caterua. At mihi in Diuina Scriptura nullus subuenit hucusque*

Gen. 37.35

Ge. 44.29.

usque locus, qui me adigat vocabulum
 חַיִּיִּם sepulturam aut sarcophagum in-
 terpretari: cùm plurima interdum oc-
 currant loca, in quibus hæc dictio, non
 de sepulchro, sed de subterraneo habita-
 culo mortuorum, commodè intelligi &
 exponi queant. In cuius probationem ac
 fidem, vel vnus tantùm liber Iob affatim
 testimonia suppeditabit. Illud enim: Ex-
 celsior cœlo est, & quid facies? pro-
 fundior inferno, & vnde cognosces?
 quis amens de sepulchro velit intelli-
 gi? Apertissimè profectò Inferni ibi no-
 men pro loco omnium profundissimo
 ponitur, sicut cœlum pro altissimo. Po-
 nitur utiq; pro centro terræ: est enim cen-
 trum in tota spherâ remotissimum à cir-
 cumferentia, remotissima porrò perse-
 quitur Iob. Et vbi idè in alio loco inquit:
 In profundissimum infernum descendēt
 omnia mea: Hebræi ipsi, Inferni nomi-
 ne, terræ centrum significari decer-
 nunt. Et vbi in alio rursus loco ait: Nu-
 dus est infernus coram illo, & nullum est
 operimentum perditioni. caliginosum

Iob. 11. 8.

Iob. 17. 16.

Iob. 16. 6.

& opacissimum tartarum Dei oculis patere significat. Ergo, sicut Latinis Orcus interdum inferorum locum, interdum Plutonem inferorum ethnicis Deum demonstrat: sic ego apud scriptores diuinos Inferni nomen, aliquando mortuorum subterraneum locum, quo non improbi solum, sed pij quoque, discretis tamen sedibus, tenebatur, significare autumo. Quin & pro ipsa Morte defunctorum regina, in hoc loco & in alijs quamplurimis, libenter exponerem. Nam Pluto (quo ethnici vocabulo notabant mortem: ob id quod diues esset mortuorum, vt Lucianus scribit) Infernus Iupiter appellatus est: & frequentissima Inferni atque Mortis coniugatio in diuinis literis, hoc ipsum mihi satis persuadet. Coniugantur enim

Pro. 15. 11. sapissimè, vt in Prouerbijs: Infernus & perditio coram Domino: quanto magis corda filiorum hominũ? Similiter in alio loco, quem transtulisse videtur Habacuc:

Pro. 27. 20 Infernus & perditio nunquàm implètur. Et quoniam duobus vocabulis eandem rem significat Salomon, postmodum non

quatuor

quatuor esse dixit infaturabilia, sed tria *Pro. 30. 15.*
 tantum: Infernum nempe, & os vulvæ,
 atque terram, quæ nõ satiatur aqua. Per-
 ditionis autem aut Mortis nullam intulit
 mentionem: quoniam Inferni nomine
 significaretur. *Isaias* quoque, quãvis per-
 mutatis nominibus, copulavit: Percussi- *Isa. 28. 15.*
 mus, inquit, fœdus cum morte, & cum
 inferno fecimus pactum. *Et* alibi: Quia *Isa. 38. 18.*
 non infernus cõfitebitur tibi, neq; mors
 laudabit te. Coniunxit etiã *David*, dicẽs:
 Quis est homo, qui viuet & nõ videbit *Pf. 88. 49.*
 mortẽ? eruet animã suam de manu infe-
 ri? Sepultura sanẽ multi caruerunt: neq;
 intra terræ viscera conditi sunt, quin &
 columnarum in sepulchris morem, scri-
 bunt quidam, nobilioribus fuisse contri-
 butum: quo eorum fastigium ceteris emi-
 nentiũs significaret. *Taxali*, *Brachmanẽ*,
 & *Iberi*, vulturibus defũcta corpora obie-
 cisse feruntur. *Barchæis*, quæ apud *Col-
 chos* & *Iberos* gens est, agnatos morbo
 extinctos, velut ignavos atque degeneres,
 igni tradere: in bello autem absum-
 ptos, tanquã fortes & strenuos, obijcere
 etiam

etiam vulturibus, mos fuit. Hyrcanis pro sepulchro canes fuere, quos sepulchrales appellant. Fuerunt denique plurimae nationes, quae defuncta corpora humi non conderent: quas Alexander ab Alexandro libro tertio Genialium dierum recenset. Plurimi igitur de sepulchro animam suam, quin & corpus, eruerunt: at nullus de manu inferi, id est, mortis, vitam suam eripuit. Oseas demum apertissimè, ut mea fert opinio, Mortem Infernum appellat, cum ait: De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua o mors, morsus tuus ero, inferne. Huiusmodi nanque repetitiones in diuina Scriptura, rem eandem inculcare consueverunt. Morsque, ut diximus, olim ethnicis Infernus Iupiter dicebatur: & Claudianus, Inferni raptoris equos, dixit. Seneca quoque in Hyppolito, Infernum tyrannum appellauit, ait enim:

*Pallas Actae veneranda genti,
 Quod tuus caelum superosque Theseus
 Spectat, et fugit Stygias paludes,
 Casta nil debes patruo rapaci:*

Constat

Constat inferno numerus tyranno.

Pluto quippè, id est, Mors, & rapax & avarus vocatur, quòd omnes ad se populos trahat. Vnde etiam Græcis, & Agesilaus & Lagetas est dictus, quòd omnes agat populos. Festus Pompeius Orcum eandem, ab vrgedo, dici voluit, quòd in interitum omnia præcipitet. Sic quòq; diuinæ literæ Mortem, per prosopopeiam, reginam quandoque, quandoque tyrannum esse confingunt, subterranea atque caliginosa telluris loca inhabitantem, omniaque ad se auarissimè rapientem. Huiusmodi est illud: *Regnavit mors ab Adam vsque ad Moysen.* Et illud: *Vnius delicto mors regnavit per vnum.* Et illud quoq;: *Mors illi ultra non dominabitur.* Deniq; & illud: *Nouissima autem inimica destruetur mors.* Cui simile est illud apud Isaiam: *Præcipitabit mortem in semperiternum.* Neque absimile est illud: *Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* In libro Sapien-
tia, Inferni regiam, siue palatiū inuenimus: vbi enim Latinā habent: Quoniam
 Deus

Rom. 5. 14.

Rom. 5. 17.

Rom. 6. 9.

1. Cor. 15. 26.

Isa. 25. 8.

Isa. 28. 15.

Sap. 1. 14.

Deus mortem non fecit, nec latatur in perditione viuorum. Creauit enim, vt essent, omnia: & sanabiles fecit nationes orbis terrarum: & non est in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra. Græcis est: Creauit enim, vt essent, omnia: & salutare generationes mundi, & non est in illis medicamentum perditionis, neq; Orci, vel, Inferni regia, id est, palatium, super terram. Est enim Græcè: οὐκ ἐστὶ βασιλείου ἐπιγῆς. Ergo mortē & Infernum aut inferum, in multis diuina scripturæ locis, id idem significare nō dubito, vt in Ecclesiastico manifestè, vbi dicitur de lingua praua & maledica: vt ille potius Infernus quàm illa. Et in Cantico Canticorum: Fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. Et apud Isaiam, cùm ait: Propterea dilatauit Infernus animam suam, & aperuit os suum absque vlllo termino. Hunc imitari videtur Habacuc, dicens: *Qui dilatauit quasi infernus animam suam: & ipse quasi mors, & non adimpletur: & congregauit ad se omnes gentes, & coaceruauit ad se omnes populos.*

Porro

Porro, *Anima*, in hoc loco, desiderium
 & appetitiam significat: vt in libro quo- Num. ii. 6.
 que Numerorū: *Anima* nostra arida est,
 nihil aliud respiciūt oculi nostri nisi Mā.
 Et in Proverbijis: Non grandis est culpa, Pro. 6. 30.
 cū quis furatus fuerit: furatur enim vt
 esurientem impleat animam. Apud Isaiā
 quoque, quod paulò antè retulimus: *Di-* Isa. 5. 14.
latauit infernus animam suam, & aperuit
os suum absque vlllo termino. Ergo, vt
 neque mors hominum strage adimple-
 tur, neque infernus interneccione satia-
 tur: ita tyrannus Nabuchodonosor nul-
 lum expugnandis capiendisq; gentibus
 finem facere cogitat. *Et congregauit ad*
se omnes gentes, & coaceruauit ad se omnes po-
pulos. Congeries verborum, Congrega- De 1. 1. 1.
 uit, & Coaceruauit, effrenatā dominan-
 di appetentiam demonstrat. Porro uerò,
 non diuturna fuit huius tyranni immode- Dan. 4.
 rata foelicitas: nanq; vt legimus apud Da-
 nielem, regno exutus humanum inge-
 nium in ferinum mutauit, & cum belluis
 per septem annos errauit, & foenum vt
 bos comedit, & rore caeli corpus eius in-
 fectum

fectum est: donec capilli eius in similitudine aquilarum cresceret, & unguis eius quasi auium. Quod si etiam posthac sibi regnoque suo reditus, seipsum impietatis & stultitiae accusauit, maximoque soli Hebraeorum Deo virtutem omnem, sapientiam, atque potestatem, omnem denique laudem concessit: sed tamen ceptum in se tyrannidis & impietatis supplicium, plene in posteritate persoluit: nam in Balsafare Nabuchodonosoris nepote, familiae atque stirpis regiae, & regni etiam Babylonici finis fuit. Protritum est autem, in diuina Scriptura minas ac supplicia parentibus nonnunquam & maioribus intentari, quae postmodum non ipsis in se, verum filijs ac posteris inferuntur. Nam & Samuel dixit Sauli: Quia proiecisti sermonem Domini, proiecit te Dominus, ne sis rex super Israel: & tamen non ipse quandiu vixit: sed eius successores ac posteris regno Israelitico priuati sunt. Is Balsafar, nepos Nabuchodonosoris ex Amilino Euilmerodacho, ut scribit Metasthenes, ob imitatum aui sui tyrannidem, & ob sacrorum vasorum profanationem,

tionem, quæ ex templo Ierosolymitano Nabuchodonosor, eius auus, abstulerat: & regno & vita pariter spoliatus interiit ea nocte, qua mysticæ scripturæ in muro exaratæ expositionem, interprete Daniele, est doctus.

Vtitur porrò Deus apud Habacuc ea dicendi figura, quæ à Græcis Sarcasmos vocatur, à nostris Subfannatio vel Insultatio potest appellari. Ea est, cum alicui in miserrimo calamitatis gradu cōstituto & deiecto, præteritū studium & negotium, quæ cū illo exitu nō conueniunt, irridendo exprobramus. Vt ille apud Maronem: *En agros & quam bello Troiane petisti Hesperiam metire iacens. Ita enim Vates futurū prædicit, vt gentes illæ, quas Nabuchodonosor bellis & tyrannico imperio turbauerat, vbi vltionem diuinam, infœlicemq; illius exitum cōspexerint, multis illū maledictis cōfigant, ac multis illi modis præteritam fœlicitatem exprobrent.*

Nunquid non omnes isti super eum parabolā sument, & loquelam enigmatum eius?

In

IN Hebræo pro *Parabola* est חֲפֹזָה, id est, Comparatio vel *Af*similatio, à verbo חָפַז, quod comparare significat. Hoc q̄; ipsum ponitur in libro *Iob*, vbi legimus:

Iob. 41. 24. Non est super terram potestas, quæ comparetur ei. Et in *Psalms*: Comparatus est iumentis insipientibus. Vel *Af*similare quãdoque vertitur, vt apud *Iob*:

Psal. 48. 13. *Af*similatus sum fauillæ & cineri. Et in *Psalms*: *Af*similabor descendantibus in lacum. Id ipsum significat Græcis *Parabola*, à verbo παραβαλλω, hoc est, Comparo vel *Af*similo. Pro *Ænigmatum*, Hebræa habent מִתְּיָהּ: quæ vox propriè obscurâ allegoriam, & obstrusam propositionem significat: sicut Græcis *Ænigma* atque *Problema*. Et Propositionem pro hac eadem voce transtulit *Vulgatus* interpretēs, in *Psalmo* quadragesimo octauo, vbi legimus: Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiã in *Psalterio* propositionem meã. Est enim vice nominis, Propositionem meam: in Hebræo יְהִיָּה: & in Græco πρόβλημα: sicut etiam & in nostro *Habacuc*. Neque propositionis vocabulũ apud

Psal

Psalmistam accipitur pro enuntiatione
 veri vel falsi, ut à Dialecticis vsurpari so-
 let: sed pro disquisitione rei obscuræ atq;
 paradoxæ, qualis est quæ subsequitur:
 Cur timebo in die mala? Similiter & in
 Psalmo septuagesimo septimo, pro eo *Psal. 77. 2.*
 quod legimus: Aperiam in parabolis os
 meum, loquar propositiones ab initio.
Hebræi legunt, *אֲפִרְאֵם*, & *בְּפָרָבוֹלִים*: *Græci*
 verò, Parabolæ & Problemata. Quorum
 loco inuenimus apud *Matthæum*: Ape- *Mat. 13. 35*
 riam in parabolis os meum, eructabo ab-
 scondita à constitutione mundi. Docet
 autem Psalmus ille populum *Dei* fugere
 incredulitatem, & mores *Ephraim*, ac
 populi egressi ex *Ægypto*: imitariq; eos
 suadet, qui terram promissionis ingressi
 sunt, vestigiaque *Dauidis* sectari. Hanc
 doctrinam legem appellat, quòd sit recte
 vitæ institutio: Parabolæ vocat, quo-
 niàm ex aliorum exemplis, & euentibus
 deducatur: Problemata nuncupat, quia
 hoc doctrinæ genus, reconditum ob-
 scurumque sit his, qui solo lumine na-
 turali ducuntur: quòdque res gestæ ac

O mira-

miracula fermè incredibilia referantur.

Porro, olim à priscis illis sapientibus graues & è media philosophia componendis moribus petita sententiæ, quæ Græcis *γῆμι* dicuntur, vix vnquam nisi sub varijs atque confictis ænigmatibus aut similitudinibus vulgabantur. Huc enim & Æsopi & aliorum philosophorum apologi pertinent: huc illa etiam Pythagoræ abstrusiora symbola: Quæ nigrae habent caudas, gustari non oportere. A fabis abstinendum. Stateram non transiliendam. In choenice non infidendum. Haud iniiciendam vnicuiquè dexteram. Angustum non gestabis anulum. Ignem ferro cædi minime debere. Cor non manducabis. Cibos in scaphio non esse ponendos. Haud retrò verti ad contermina proficiscentes. Hirundinem in contubernio ne habeto. Idque genus alia quamplurimâ, quibus ad conquirendam virtutem non momenti minimum adferebat. In hanc figuram veteres, sacerdotem sub vitæ ingressu

ingredi, prohibuerunt: quòd sacerdoti,
 vt Plutarchus exponit, ebrium fieri,
 omninò sit nefas. Temulentis verò vi-
 num super caput est, & deprimuntur
 omnes ebrij, & humiles fiunt: cùm hanc
 ipsam voluptatem vincere oporteat, non
 ab ea vinci. *His parabolis & ænigma-
 tibus tota est referta diuina Scriptura;*
 & Dominus noster Iesus Christus, vt
 Matthæus est autor, sermonem sine pa-
 rabolis non faciebat. *Ecclesiastes cùm
 esset sapientissimus, parabolis popu-
 lum edocuit, & narrauit quæ fecerat,
 & inuestigans composuit parabolas mul-
 tas, quæsiuit verba vtilia, & conscripsit
 sermones rectissimos & veritate plenos.*
*Hinc dicitur in Ecclesiastico: Sapien-
 tiam antiquorum exquiret sapiens, idest,
 sapientiæ studiosus: & in prophetis va-
 cabit. Narratione virorum nominato-
 rum conseruabit, & in versutijs para-
 bolarum simul introibit. Occulta prouer-
 biorum exquiret, & in absconditis para-
 bolarum conuersabitur. Et quoniã graui-
 res de moribus sententiæ olim, non nisi*

*Mat. 13. 34**Ecc. 12. 9.**Ecc. 39. 1.*

sub comparationibus aut ænigmatibus, proferrentur à veteribus illis viris sapientibus, factū est, vt omnis vitæ utilis, & moribus accommodata sententia; etiam si parabolica aut ænigmatica non sit, quales innumerabiles inueniuntur in Parabolis Salomonis: Parabola tamen aut ænigma dicatur: maximè verò si translationibus aut allegorijs subobscurior existat. Solent etenim plærunq; res, quæ vetustate & desuetudine obsoleuerūt, ad eas quæ illarum occupant vicem, non solum vsus & vtilitatem, sed nomina quoque transmittere, quæ sibiipsis propriè ex materia nonnunquam, aliquando ex occasione, & semper ratione contigerant: vt lorica nunc temporis, æreum aut ferreum corporis munimentum significat: dicta autem putatur à loro, eo quòd antiquitè, teste Varrone, pectoralia ex crudo corio cōficerētur. Quin etiā apud Homerū galeas coriacias inuenio: nā de Diomede atq; Vlisse exploratū eūtib; sic canit:

*Sic dicentes armis in grauib; induti sunt,
Tydide quidē dedit bellicosus Thrasymedes*

Enfern

*Ensem utrinque acutum, suum autem apud
naues reliquerat.*

*Et scutum, circa autem ei galeam caput po-
suit*

*Taurinam, sine conoque & sine crista, qua
cassis*

*Vocata est: custodit autem caput pubescētium
iuuenum.*

De Dolone quoque Troianorum explo-
ratore sic ait:

*Statim autem circa humeros iecit curuos ar-
cus,*

Induit & exterius pellem albi lupi

*Capiteque in hircinam galeam, cepit autem
acutum iaculum.*

Homeri verba ad verbū interpretamur.
Papyrus quoque arbuscula est, præcipuè
in Ægypti palustribus nascens, ex qua
olim præparabatur chartæ diuisæ in per-
tenues, & latissimas phylluras, quæ ab hu-
ius fruticis appellatione etiam papyri no-
men acceperunt. Hæ cum iam in defue-
tudinem abierint, hodiè tamen chartas
nostras, quæ ex contritis linteis fiunt, Pa-
pyrum appellamus: eò quòd eundem no-

bis præstet vsum, quæ olim Ægyptijs præstabat papyrus. In hunc eundem, ut diximus, modum, Parabolarum atque ænigmatum nomen ad morales sententias translatum est.

Parabolæ porro & ænigmata veteribus illis interdum ex fictis aut veris similitudinibus & historijs constabant: ut est illa, de lignis querentibus regem, in libro Iudicum. De Lazaro paupere, & diuite epulone, in Euangelio. De filio prodigo, in eodem. Interdum ex breuioribus ænigmatibus, contractioribusque sententijs componebantur. Quale est illud in Euangelio: Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur? Et illud: Neminem per viam salutaueritis. Celeritatem quippe & sedulitatem in opere iniuncto commendauit: non humanitatem ademit. Aliam parabolam proposuit eis, inquit Matthæus, dicens: Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo, seminavit in agro suo. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinae satis tribus; donec fermentatum est

Iud. 9. 8.

Luc. 16. 20

Luc. 15. 11.

Luc. 12. 49

Luc. 10. 4.

4. Re. 4. 29

Mat. 13. 31

Mat. 13. 33

est totum. *Hæc ænigmata, breuiora quæ apophthegmata, ex occasione aliquando rei gestæ deducebatur.* Ex eo enim quod adolefcens ille prædiues, & nõ malus, Evangelicâ perfectione exhorrescens, recessit tristis: *Dominus Iesus parabolâ & enigma subintulit: Facilius esse, camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum?* David ex iniusta persecutione Saulis, verissimâ illam confirmauit sententiam. Sicut in prouerbio antiquo dicitur, Ab impijs egredietur impietas. Denique ex historijs & aliorum euentibus Parabolæ illæ prouerbiales exortæ sunt: Quasi Nemrod robustus venator corâ Domino. Num & Saul inter prophetas? Cæcus & claudus non intrabunt in templum. Qui interrogant, interrogent in Abela. In hunc igitur modum Habacuc, eos qui Nabuchodonosoris infelicem exitum viderint vel rescuerint, graues inde ac perutiles vitæ sententias & ænigmata cõcinnaturos asseuerat: quibus & tyranni amentiam, & delusam elationem irrideant, & seipsos ad bene

Matt. 19.

24.

1. Reg. 24.

14.

Gen. 10. 9.

1. Re. 10. 10

2. Re. 5. 8.

2. Re. 20. 18

24

modesteq; viuendum commonefaciant. *Sumere parabolam super eum, & Sumere loquelam anigmatum eius*, id idem sunt, atq; ex eius negotio & euentu morales ac salubres, vt diximus, sententias, allegorijs atque metaphoris adornatas composituros, significat. *Super eum: & Eius:* pro, De eo, positum esse reor, & hunc esse verborum sensum & ordinem: Nunquid non omnes isti, quos ad se tyrannicè congregauit & coaceruauit, & imperio suo addidit atque subiecit: sument de eo, deque eius ruina, parabolæ materiam, & sermonum ænigmaticorum?

Et dicetur: Ve ei qui multiplicat non sua. Ufquequò & aggrauat contra se densum lutum?

Multis & pulcherrimis allegorijs & metaphoris in diuitias per iniuriam partas inuehuntur: quòd exitio plærung; possessori futuræ sint, & alios cõtra ipsum raptores accersant. O, inquit, quàm infœlix illum exitus manet, qui opes suas
de

de alieno per rapinam & iniustitiam ad-
 auget, nequè compilandi finem facit: ve-
 rùm multiplicat & accumulatur incessan-
 ter diuitias in perniciem suam, non secus
 ac lutum condensum: faciliè in cumu-
 los aggeratur. Liquatum enim lutum agrè
 in acruos consurgit: sicca porro terra,
 fossionis quoquè operam laboriosam re-
 quirat, vt in aggeres coaceruetur. Cõden-
 sum igitur & spissum lutum omnium fa-
 cilime congregatur. Hunc sensum am-
 plecti suavit, quod & verbum Hebraicum
 נָבַב, pro quo vertit Vulgatus, *Aggrauat*,
 Multiplicare etiam significat, vt apud Na-
 hum ipsa vertit editio Vulgata: *Congre-
 gare ergo, inquit, vt bruchus, multipli-
 care vt locusta. Sed præcipuè persuasit
 Iob, qui luti similitudinem in congregã-
 dis opibus, non tam ad vilitatem & pon-
 dus, quam ad copiam & facilitatem tra-
 duxit. Ait enim: Si comportauerit quasi
 terram argentum, & sicut lutum præpa-
 rauerit vestimenta: præparabit quidem,
 sed iustus vestietur illis, & argentum in-
 nocens diuidet. Loquitur autem Iob, si-
 militer*

Nah. 3. 15.

Iob. 27. 16.

transfert per interrogationem: Væ multiplicanti non sua. Vsq̄uequò aggrauat super se densum lutum? Noua editio Vatabli aduerbium, Vsq̄uequò, neque præcedentibus neque ijs, quæ subsequuntur, annectit, sed seorsim interrogando seponit, sic inquit: Væ ei qui adauget non sua: quousquè tandem? & qui aggrauat super se densum lutum.

Nunquid non repente consurgent qui mordeant te? & suscitabuntur laterantes te? & eris in rapinam eis?

Metaphora à canibus, alijsque rapacibus feris desumpta, ostendunt insultantes Nabuchodonosoris calamitati, ea ipsa præda, quam alijs detraxit, excitatos & allectos Medos ac Persas, in eius perniciem cõuenisse, eumque non solum opimis aliarum gentium, quibus potitus fuerat, spolijs, sed proprijs quoque diuitijs, patrio imperio, prole denique atque posteritate priuasse. Proprium verò canibus ceterisque feris hoc est, eum quem præda potitunt

vide-

viderint, adoriri, cum eo rixari, ringere, mordere, lancinare, laniare, & adeptam prædam adimere. Vnde eleganter *Horatius* dixit:

Sed tacitus pasci si posset coruus, haberet

Plus dapis, & rixæ multò minùs, inuidiaq̃.

Hac eadè metaphora vsus est *Isaias*, cùm ait: *Ux qui prædâris, nonnè & ipse prædaberis? Futuris autem pro præteritis vtiçur Habacuc: hæc enim dicturos prædicit, qui iacentem Babylonem conspexerint. Est porro verborum eius mens: Nūquàm nè rerum vicissitudinem verebaris? neq; tibi veniebat in mentem, diuitias escam & irritamenta malorum, quæ te in cædes & rapinas impulerant, alios similiter aduersum te concitare posse, qui te quoque morderent & membratim discerperent? vt opes, quas iniustissimis modis paraueras, auferrent?*

- *Perfas verò Repentè consurrexisse, ac momordisse Babylonè, affirmant hi, qui Nabuchodonosorem subsannant: quoniam Babylon nō tam viribus quàm astu & calliditate capta est, eamque Cyrus*
inopi-

inopinanter oppressit. Libuit autem historiam ex Herodoto referre: quia sunt innumera Scripturæ diuinæ loca, quæ absque huius historię notitia, nullo pacto intelligi queant. Cyrus igitur, ubi per Harpagum ducem inferiorem Asiam subegisset, superiorem verò ipse deuicisset, omnem gentem euertens, nullamq; relinquens, Assyrijs bellum intulit, tandemq; in Babylonem deuenit, Babylonij eum producto exercitu præstolantibus. Qui, ubi propius urbem ille promouit, cum eo conflixerunt: prælioq; fugati, in oppidum se receperunt. Ij tamen, quia Cyrum iam pridem animaduertent in quietum esse, viderantque omnes pariter gentes aggredientem, comportauerant multorum sanè annorum comeatus: ideoque tunc obsidionem nullius momenti faciebant. Et Cyrus cum iam in longo tempore nihil admodum res proficerent, inops consilierat. Tandem siue alius ei anxio suggessit, siue ipsi in mentem venit quid in rem esset, sic statuit faciendam. Instructis vniuersis copijs,

pijs, partim quâ fluuius ingreditur, partim à tergo qua urbem egreditur, præcipit, vt dum cernerent alueum posse trãsiri, illâc urbem inuaderent. Itã instructis atque admonitis suis, cum inutiliori exercitus parte abiit ad stagnum. Eò vbi peruenit, quæ Babyloniorum regina fecerat apud flumen, & apud stagnum, quod erat palus, eadem ipse fecit. Nam reuocato flumine, alueum eius pristinum vado trãsibilem reddidit. Id tale vbi actum est, Persæ qui ad hoc ipsum instructi erant, per alueum vnde fluuius Euphrates abscesserat, mediorum ferè femorum tenuis gnauiter Babylonem introierunt, Quos Babylonij, si factum Cyri prius aut audissent, aut sensissent, haud dubiè contempto eorum ingressu, pessimo exitio affecissent. Nam obseratis omnibus quæ ad flumen ferunt portulis, conscensisque septis, ipsi proripis stantes illos progressos veluti in cauca excepissent. Nunc ex inopinato eis Persæ astiterunt: & cum capti essent qui media urbis incolébãt Babylonij, propter eius tamen

magni-

magnitudinem non sentiebatur (vt fer-
 unt) ab his, qui circa extrema habitabant. Sed forrè quoniam dies festus eis esset,
 exercendis choreis atq; oblectationibus
 opera dabatur; donec planè rem animad
 uerterent. Atque ità primùm capta est Ba-
 bylon. *Haftenus Herodotus*: cui etiam
 consonat Xenophon libro septimo Cyri
 pedie. Sed & Aristoteles in Politicis sic
 ait: Capta cum esset ab hostibus Babylon,
 ferunt partem aliquam eius ciuitatis ter-
 tiadie nondù aliquid sensisse. Capta qui-
 pè repètè est Babylon, vt vaticinatur *Ha-*
bacuc: pphetaueratq; *Isaias* dicès: Veniet
Isai. 47. ii.
 super te malù, & nescies ortù eius: & ir-
 ruet super te calamitas, quam non pot-
 ris expiare: veniet super te repentè mise-
 ria, quam nescies. Quasi dicat *Isaias*: *Mi-*
raberis, neq; poteris cogitare & cognos-
 cere qua hostes in ciuitatem irruerint.
 Quod autè auerso Euphrate capièda esset
 Babylon, prædixerat *Isaias* in hæc ver-
 ba: Qui dico profundo, *Desolare*, & flu-
 mina tua arefaciam. Qui dico *Cyro*,
Isa. 44. 27
 Pastor meus es, & omnem voluntatem
 meam

meam complebis. Prænuntiauerat etiam
Jer. 50. 38. identidem Ieremias, ait enim: Siccitas super aquas eius erit, & arescent. Et in alio
Jer. 51. 31. loco: Currentis obuiam currenti veniet, & nuntius obuius nuntianti, vt annūtiat Regi Babylonis, quia capta est ciuitas eius à summo vsque ad summum: & vada præoccupata sunt, & paludes succensæ sunt igni. Et post paululum: Desertū faciam mare eius, & siccabo venā eius, Quod verò inter conuiuandum capienda esset, dumq; festum diem celebrarent, præmonuerat Isaias: Pone, inquit, mēsam, contemplant in specula: comedentes & bibentes surgite principes, arripite clypeum. Prophetauerat quoque Ieremias,
Jer. 51. 39. dicēs: In calore eorum ponam potus eorum: & inebriabo eos, vt sopiantur, & dormiant somnum sempiternum, & non consurgant, dicit Dominus. Daniel apertè pronuntiat, eadem nocte Babylonem in hostium potestatem venisse, quā Balsasar Babyloniorum Rex, productis templi Ierosolymitani vasis, grande conuiuium fecerat optimatibus suis.

Quia

Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis: propter sanguinem hominis & iniquitatem terrae ciuitatis, & omnium habitantium in ea.

ECce, inquiunt, tua illa libido insatiabilis, tuus ille inexplebilis rapinae atque praedarum appetitus in causa fuit, ut tu quoque praeter spem praedae fieres his, quos vnos ex finitimis nationibus ditioni tuae non subiugaueras. Neque enim Cyrus iniuria vlla à Chaldaeis lacesitus, sed propter ambitionem tantum, atque gloriae & imperij cupidinem, Babylonem inuasit: ex quo par pari relatum est. Nanque, ut vetustus quidam poeta dixit.

Improbos aduersus armat improbitas probè.
 Multos, aiunt, tu deprædatus es: sed à paucis tyrannidis tuae exortibus destrueris, quos non solum nunquam timueras, verum etiam nunquam tibi contra stare posse putaueras. Adeo diuinitus tibi plaga ista & calamitas infligetur, ut qui abs te contempti fuerint, te excellant:

Deo illos manifestissimè cōfortante, indenteq; robur. Hoc est enim quod Ieremias clamat : Audite consilium Domini quod mente concepit aduersum Babylo-
Ier. 50. 45. nem, & cogitationes eius, quas cogitauit super terram Chaldæorum. Nisi detraxerint eos paruuli gregum, nisi dissipatum fuerit cum ipsis habitaculum eorum. Vbi per Paruulos gregum, Cyrum libentissimè interpretarer: quoniam à Mitradate bubulco loco filij nutritus est. Sed obstitit, quòd hæc eadem verba Ieremias superiùs intulerat contra filios *Edom*. Sed ad rem. Tu igitur, inquirunt, qui multas ac validissimas gētes spoliaueras opibus, libertate, deniquè vita ipsa: à paucis atq; inualidis quoquè spoliaberis, omniaque hæc tibi euenient præcipuè: *Propter sanguinem hominis, & iniquitatem terra, ciuitatis & omnium habitantiũ in ea.* Septuaginta interpretes pluraliter verterunt: Propter sanguines hominũ & impietates terræ, & ciuitatis, & omnium habitantium eam. Videturque esse sensus: *Hæc vniuersa contingent tibi (si Deus aut Propheta loquitur)*

quitur) ob immensam humani sanguinis effusionem, & ob impietatē atq; flagitia quæ commisisti, omnē terram, omnemq; ciuitatem deuastans, atque suis habitatoribus & cultoribus orbās. Ciuitatē enim pro Ciuitatibus posuisse, à diuinę Scripturę dialecto non abhorret, quæ singulare pro plurali, & cōtrā, plurale pro singulari sepe numero soleat vsurpare. At Chaldæ⁹ paraphrastes hæc vltima verba ad Israë-
 litarum regionē refert, ait enim: Propter sanguinē hominū, & rapinā terræ Israël, ciuitatem & omnium habitantiū in ea, Huic astipulatur Ieremias, dicens: Erit *Jer. 50. 10.*
 Chaldæa in prædam: omnes vastates eam replebuntur, ait Dominus. Quoniam exultatis & magna loquimini diripiētes hæreditatē meam. Grex dispersus Israël, leones eiecerunt eum: primus comedit eum rex Assur: iste nouissimus exossauit eum Nabuchodonosor rex Babylonis. Propterea hæc dicit Dominus exercituū
 Deus Israel: Ecce ego visitabo regem Babylonis & terram eius, sicut visitauit regem Assur. Et in alio loco: Cadent *Jer. 51. 4.*

interfecti in terra Chaldeorum, & vuln-
 rati in regionibus eius. Quoniã non fuit
 viduatus Israël & Iuda à Deo suo Domi-
 no exercituũ: terra autẽ eorum (Chaldeo-
 rum) repleta est delicto à sancto Israël. Id
 est, ob iniuriã illatam sancto Israël. Atq;
 paulò pòst: Suscitauit Dominus spiritum
 regum Medorum, & contra Babylonem
 mens eius, vt perdat eam: quoniam vltio
 Domini est, vltio templi sui. Et reddam
 Babylo ni, & cunctis habitatoribus Chal-
 dææ omne malum suum, quod fecerunt
 in Sion, in oculis vestris, ait Dominus.

Ier. 51. 11.

Ier. 51. 24.

Ier. 51. 34.

Deniquè paulò inferiùs sic inquit: Come-
 dit me, deuorauit me Nabuchodonosor
 rex Babylonis: reddidit me quasi vas ina-
 ne, absorbuit me quasi draco, repleuit
 ventrẽ suum teneritudine mea, & eiecit
 me. Iniquitas aduersum me, & caro mea
 super Babylonem, dicit habitatio Sion,
 & sanguis meus super habitatores Chal-
 dææ, dicit Ierusalem. Proptereà hæc dicit
 Dominus: Ecce ego iudicabo causam
 tuã, & vlciscar vltionẽ tuam. Ergo, sicut
 Urbis nomen simpliciter apud Latinos
 prolatum,

prolatum; Romam significat, per antonomasiam, vt testatur Quintilianus: sic ciuitatis apud Hebræos Ierosolymā indicat: quoniam omnium Orientis urbium longē esset præclarissima, non Iudææ modo; vt inquit Plinius, cui & Tacitus assentitur. Vrbs quippe fuit perfecti decōris, gaudium vniuersæ terræ: vt est apud Ieremiam. Dixerat hoc ante eum Dauid: Fundatur, inquit, exultatione vniuersæ terræ mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas regis magni. Hanc vnam Ciuitatis nomen mereri, cōnit Psalmographus, dicens: Ierusalem quæ edificatur, vt ciuitas: cuius participatio eius in Idipsum. Id est, quæ patria communis ferre omnibus esset, quam omnes pariter participarent, quæ simul vniuersi vterentur, ad quæ cunctæ tribus confluerent: iuxta testimonium atque præceptum impositum Israëli. Hanc enim peculiariter delegit sibi Deus, vt esset nomen eius in ea, vt identidem Scriptura testatur. Vnde & ciuitas Dei dicitur, & ciuitas sancta, & porta populi Dei, & porta, id est, caput & metropolis

2. Tim. 2. 15

Thren. 2. 15

Ps. 86. 1. 4.

Psal. 47. 3.

Psal. 121. 3.

Exo. 23. 14

2. Par. 6. 5.

Tob. 13. 11.

00115

polis: populorum. Sic enim eam vocat ipse Dominus apud Ezechielem, dicens:

Ezec. 26. 2

Fili hominis, pro eo quod dixit Tyrus de Ierusalem: Eugè, contractæ sunt portæ populorum. Dominus etiam apud Abdi-

Abd. 1. 10.

diam, Ierusalem portam populi sui appellat, sic inquit ad Edom: Propter interfectionem, & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob, operiet te confusio, &

4. 1. 10. 2

peribis in æternum. In die cum stares aduersus eum, quando capiebant alieni exercitum eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & super Ierusalem mittebant

3. 7. 10. 7

sortem, tu quoque eras quasi vnus ex eis, Et non despicias in die fratris tui, in die peregrinationis eius: & non lætaberis

2. 11. 10. 2

super filios Iudæ, in die perditionis eorum: & non magnificabis os tuum in die angustie. Et non ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorum. Di-

1. 1. 10. 2

citur autem Ierusalem Porta populorum & porta populi Dei, eo quod esset cæ-

1. 1. 10. 2

ratum Palæstina: vrbium metropolis, caputque & initium totius reipublicæ Is-

11. 1. 10. 2

raëliticæ: ut porta civitatis aut domus,

earum quadantenus existit caput, atque principium. Erant in Ierusalem reges, erat & suprema iudiciorum curia, erat & totius gubernationis senatus. Porro olim publici conuentus, iudicia, conuersiones, denique publica fora & comitia in portis habebantur oppidorum; ut passim occurrit in diuina Scriptura. Dicebatur etiam Ierusalem porta populi, id est; arx, vel presidium reliquarum urbium ac populorum: antiquitus enim portae ciuitatum altissimis atque fortissimis turribus munebantur. Vnde legimus in libro Iudith, Arphaxad regem Medorum aedificasse ciuitatem potentissimam, quam appellauit Ecbatamis, postuissetque portas eius in altitudinem turrium. Ex quo per portas Hebraei interdum omnem munitionem intelligunt: ut cum dicitur Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum. Huc respexit Christus, cum ait: Portae inferi non preualebunt aduersus eam. Id est, Omnes munitiones, machine, artes ac robur inferorum Ecclesiam

c. 7. 01. 301

Iudic. 1. 2.

Gen. 22. 17.

. 2. 2. 301

Mat. 16. 18

102.10.7.9

expugnare non poterunt. Denique sicut
 Christus se ostium esse profitetur, cum
 ait: Ego sum ostiū, per me si quis introie-
 rit, saluabitur: sic quodammodo Ierusalē
 ostium vel porta populi Iudaici nuncu-
 patur, quod ciuitas esset sacerdotalis &
 regia; per quam introeundum & egre-
 diendum esset populo Dei. Ab ea acci-
 pienda erat lex, & legitima legum inter-
 pretatio, recteque viuendi institutio; ibi
 addiscendæ morum & actionum regu-
 læ; ibi offerenda sacrificia, ibi expiatio-
 nes delictorum fiendæ. Huius portæ de-
 muni ingressu, per diuini cultus atq; reli-
 gionis exhibitionem, per sacrificiorum
 oblationem, per iudiciorum ac ceremo-
 niarum obseruantiam, iuxta Christi ven-
 turi ac mediatoris fidem, sub his omni-
 bus præsignari, accessus patebat ad Deū.
 Ex his portò facile intelligitur, quid illud
 significet apud Michæam: Quia despera-
 ta est plaga eius, quia venit vsque ad Iu-
 dam, tetigit portam populi mei, vsque ad
 Ierusalem. Dei quippè non Prophetæ
 vox est. Minatur verò Deus Samariæ
 extremum

s. i. ubi

Mich. 1.9.

extremum interitum. Ponam, inquit Dominus, Samariam quasi acruum lapidū, detraham in vallem, fundamēta eius reuelabo: etiā si exinde mihi peculiū meū pereat, etiā si mei populi iacturam faciam, etiā si nōminis mei honos apud exterās nationes periclitetur, quæ dicēt: Vbi est Deus eorum? Et, Manus nostra excelsa, & nō Dominus fecit hæc omnia: etiā deniquē si spoliatus & nudus mea hereditate atque bonis abscedam. Etiam si demū, vt dicitur in Prouerbio, in caput meum cudadūt faba: hacque victoria facturus sim draconum planctum. Hi elephantos circumflexu facili ambiunt, nexuque nodi perstringunt, ita etiā vt interimant: at ipsi pariter elephantorū pondere elisi perstrepunt, strident, arreatisq; horrent squāmis, & sibilant ore, commoriuntur tandem & crepant. Quāuisque postmodum facturus sim, inquit Deus, luctum quasi struthionum. Quæ derelinquunt oua sua in terra, obliuiscuntur q̄ pes conculcet ea, aut bestia agri cōterat. Durantur ad filios suos quasi nō sint sui.

Deu. 32. 27

Iob. 39. 17.

At

At postmodum naturali proles amore coacta Struthio, hæc & illac oua defossa circunquerit, dumque præ obliuione non inuenit; ingentes eiularus & clamores eiēt: *Deseram igitur, ad obliuiscar populum Samarię, inquit Dominus, calcandumque & conterendum bestiis derelinquam: quauis mihi Cadmeam, vt aiunt, victoriam parem. Perdam porro funditus & euertam, quoniam desperata est plaga eius, & quod Ieremias dixit, insaniabilis est fractura eius, pessima plaga eius. Plaga enim apud Michæam non percussione, quam Deus Samarię inflicturus erat, sed morbum atque pestem idololatrię aliorumque scelerum, quibus iam laborabat, & percussa atque confecta erat, significat. Ideo autem hanc desperatam esse pronuntiat: Quia venit vsque ad Iudam, tetigit portam populi mei, vsque ad Ierusalem: venit, scilicet: nam superius verbum repetitur. Quasi dicat Deus: Quandiũ plaga ac pestis Samarię Iudam & Ierusalem (quæ porta est populi mei: eius nempe caput atque*

præsi-

74. 25. 45 C

Ier. 30. 12.

71. 22. 61

præsidium) non infecerat, nondum utiq;
 desperata penitus erat res: adhuc spes
 affulgebat, religione & legibus integris
 in Ierusalem & Iuda, sanitatem inde in
 reliquum populum demanare potuisse;
 vnde hætenus in illorum peccatis dissi-
 mulauit & connixi. At quando contagio-
 nes malorum à Samaria profectæ mana-
 runt latius, eiusq; idololatria, infinitaque
 alia penè scelera Iudam & Ierusalem in-
 uaserunt, planè desperata est plaga eius,
 & immedicabilis ægritudo eius. Si for-
 nicaris tu Israel, aiebat Dominus per
 Oseam, non delinquat saltem Iuda,
 Quoniam verò iam pestis in caput irre-
 psit, abijcere & obruere oportet, non vl-
 tra curationi, nequicquam incumbere.
 Ergo, vt ad propositum reuertamur, quem-
 admodum Ierusalem Deus apud Mi-
 chæam, propter excellentiam & innu-
 meras prerogatiuas, populi sui portam
 esse dixit, sic etiam & per Habacuc, *Ter-
 raciuuitem*, antonomasticos nuncupauit.
 Et sicut Deus Samariam abdicauit atq;
 destruxit, eò quòd Iudam & Ierusalem
 suis

suis iniquitatibus & impietatibus conta-
 minasset: sic etiam Babylonem, eiusq; re-
 gem & imperium vastauit ac perdidit,
 quod Iudam & Ierusalem oppresserit, ci-
 uesq; eius & vniuersos habitatores truci
 dauerit, aut captiuos in Babylonem ab-
 duxerit. Quamquam enim ob scelera Iu-
 daeorum Deus Chaldeos contra Palaesti-
 nam impulerit, iuxta id quod dixerat Ha-
 bacuco: *Ecce ego suscitabo Chaldeos ge-
 te amarā: tamen ipse Nabuchodonosor
 atque Chaldei non se Dei ministros esse
 cognouerūt: sed per ambitionem & aua-
 ritiam, in Iudaeos expeditionem pararūt,
 dilatandiq; Imperij gratia, eam, sicut & ce-
 teras itidem nationes, subiugare conati
 sunt. Hæc ita se habere, quæ sequuntur
 manifestè declarat.*

*Ue qui congregat auaritiam malam domui
 suae, et sit in excelsu nidus eius, et liberari se
 putat de manu mali.*

Alia parabola eandem sententiã exor-
 tant qui Regi Babylonis insultant,
 & exem-

& exēplo Nabuchodonosoris ostendūt, multū eos decipi, qui eo animo imperiū ac ingentes opes per iniuriā & auaritiā acquirunt, vt cōmodiūs atq; splendidiūs viuant, & ab omnium malorum incurſu his præſidijs tutiores reddantur. Cū ſuoſte ingenio diuitias curæ & timores comitentur, & vt Cæcias nubes, ſic opes ad ſe violentos & iniuriōs trahant. Vnde, diuites, vt canit Poëta, ſepè ad fatum venēre ſuum, dum fata timent, & qua effugere & propellere cogitauerant, illac pericula & pernicem accerſunt.

Prima ſerè vota eſt cūctis notiſſima templis,

Diuitiæ vt creſcant, vt opes, vt maxima toto

Noſtra ſit arca foro: ſed nulla aconita bibuntur

Fictilibus: tūc illa time, cū pocula ſumes

Gemmata, eſt latò Setinū ardebit in auro.

Pulchrè etiam Phocylides auaritiā deſcribit:

Mater auaritia eſt cunctorum eſt cauſa malorum:

Decipit

*Decipit argentū mortales semper & aurū:
Aurum pernicies vita, mala cuncta gu-
bernans.*

*O utinam nulli studio mortalibus esses:
Nam pugna & cades propter te, sunt quę
rapina,*

Fratribus inuisi fratres, natisq; parentes.

Quę igitur stultitia & amētia est, vt quis de manu mali se liberet, Pandorę cuncto-
rum malorum refertam pixidem auari-
tiam atque diuitias præsidium sibi & as-
sertorem alexicacon statuere? *Malam do-
muisue*, dixit, id est, perniciosam sibi suis-
que, & quę sibi tandem ac domui suę ex-
tremum parabit exitium, atque ruinam.

*Plerosq; siquidem turpibus de quastibus
Aufferre damnum non salutem videris.*

Vt est apud Sophoclem. Celebraturq; He-
siodius dictum:

*Ne malę lucreris, mala lucra equalia dānis,
Ferunturq; in eandem sentētiam prouer-
biales Græcorum senarij:*

Dispendio vsque est fraude quæsītū lucrum.

Et,

At turpe lucrum adducit infortunium.

Hūc

Hūc igitur pertinere videtur quod dixit Habacuc: *Ue qui congregat auaritiam malam domui suae.* Etenim, qui ædificat domū suam impendijs alienis, inquit filius Sirach, quasi qui colligit lapides suos in hyeme. Hoc est, Qui ex bonis per fraudē vel iniuriam quæsitis splendidas sibi edificat domos, similes his sunt qui in hyeme lapides ad ædificandū congregant, & in ipsis ædificijs cōponunt & construunt. Sicut enim huiusmodi ædificiū diū subsistere ob temporis incommoditatem non ualeat: ita illi constructis à se ædibus per rapinā, diū frui, morte præmatura intercepti, non poterunt. Aut illorum ædes non multo tempore persistent, Deo illas ob iniustitiam tēpestate aliqua subuertente. Neq; magis perdurabit domus alienis impendijs edificata, quā ea quæ construitur ex lapidibus per hyemē congestis ac feruminatis. Pro eo aut quod legimus: *Quasi qui colligit lapides suos in hyeme:* Græca exemplaria in editione Cōplutensi habēt in hūc modū: *ὅσο συγκαθῆκε κῦτα λιθους εἰς χαμαὶ τῆς κῦτης*, quæ sunt: *Quasi qui cōgregat sibi*

sibi lapides ad tumulū sepulchri sui. Quibus verbis & aptissima cōparatione monemur, cum qui iniuste conquiritis diuitijs domum exædificat sibi, velut sepulchrum sibi construere. Deo quippè eius vlciscente iniustitiam & iniquitatē, non multo tempore superstes erit in ea, quam per iniuriam ædificat domo: quinimò breui in ea moriturus prædicitur, vt sit ei velut sepulchrum futura. Domus igitur per auaritiam & aliorum oppressiōem & compilationem constructa, non liberat Dominum de manu mali, neque tutissimum illi refugium & receptaculū præbet, vt Caius ac Paulus iurisperiti dixerunt: imouero subita ruina illum solet opprimere, & sepulchri ac sarcophagi vicē gerit. Domus porrò nomine, non solum locum mansionis ædesq; , sed statū simul atque familiam, in primis autem liberos atque nepotes, deniquè dignitatem & honorem ac regnum, significare solet diuina Scriptura.

Potest etiam exponi quod dicitur: *Congregat auaritiā malam domus sue*: id est, propter

propter domum suam, & in augmentum & utilitatem ac honorem domus suæ, vt illud: *Domui suæ*, non iungatur adiectiuo nomini *Malam*: sed iungatur verbo *Congregat*, vt sit verborum series: *Va qui domui suæ congregat auaritiã malam*. In hũc sensum vertit Pagninus: *Va auarè sectãti auaritiã malam*, vt domum suam ædificet. Vatablus similiter: *Vẽ sectanti auaritiã malam propter domũ suam*, id est, vt domum magnificam sibi extruat. Consentit huic expositioni quod sequitur: *Ut sit in excelso nidus eius*. Repetitiõ quippè videtur esse & explicatio præcedentium verborum. *Nidum* autem dixit ex Aquilarũ metaphora, quæ vñdiq; quæsitam materiam in eum locum, quem ponendis nidis optauerint, cõgerunt, eosq; quàm posunt aptissimè componũt atque substerunt. Nidulantur verò, vt scribit Aristoteles locis nõ planis, sed celsis, præcipuè quidem arduis saxis, & præcipitibus: vt pulli tutiores ab insidijs sient. Abdias atq; Ieremias prophetæ, translationem nidulandi in excelso, apertè ad rapax Aquilarũ genus.

Q

nus.

Abd. 1. 4. nus accommodarunt. Dicunt enim; Si
ler. 49. 16. exaltatus fueris vt aquila, & si inter fide-
 ra posueris nidum tuum: inde detraham
 te, dicit Dominus. Nidi autem metapho-
 ra ostendit Habacuc, non sibi tantum, sed
 liberis quoque ac nepotibus suis, posteris
 denique, Nabuchodonosorem rapinis
 atque tyrannidè consuluisse. Porro verò:

*Cogitasti confusionem domui tuae, cōcidisti po-
 pulos multos, & peccauit anima tua.*

Altitudo ista, inquit, quam domui
 tuæ, regnoq; tuo ex avaritia mala cō-
 struxisti, ad maiorem tibi illisq; ignomi-
 niam atq; pudorē vertetur: quò enim præ-
 clarior es, hoc in maiorem tibi contume-
 liam cedit, quòd à tanto excideris splen-
 dore. *Ex Theophylacto.* Theodoretus au-
 tem sic: Cùm multas nationes innumera-
 bilibus malis vexasti, tum animam tuam
 peccatis cōfixisti, domū verò tuam confu-
 sione perfudisti. Huic cōsentit editio Va-
 tabli, vertit enim: Consiliū cepisti ad igno-
 miniam domus tuæ, cùm trucidando po-
 pulos

pulos multos, in animã tuã peccãsti. Tro-
 pus autẽ loquendi hic est, in quo ponitur
 consequẽs pro antecedẽte: namq; Nabu-
 chodonosor non inierat consiliũ de per-
 dẽda domo: sed stabilienda potius & am-
 plicanda. At, quoniã ex ea ratione, qua
 hæc ab ipso gerenda erant, ex populorũ
 videlicet concisione, illius domui maxi-
 ma & certissima impendebat ruina, diui-
 na iustitia id semper exigẽte: ideò domui
 suã confusionem atq; pudorem cogital-
 se perhibetur. Qui enim cogitat homici-
 dium, cogitat vtiquẽ ex consequenti fu-
 gam, bonorum proscriptionem, & pro-
 priũ tandem exitiũ, sequẽ ipsemet
 subdit pœnẽ: vt etiã legumlatores decer-
 nunt. Itaq; cogitauit negotiũ, ex quo do-
 mui suã confusio secuta est. *Confusionis*
 autem vocabulum in sacris Biblijs pudorẽ
 & erubescentiã significat: vixq; in
 alia significatione apud interpretẽ Vul-
 garum verbũ, Confundere, aut Confu-
 sionis nomen inuenias. *Explicat* verò in-
 terdũ sese, & verbũ Hebraicũ *ויר*, p quò
 ferẽ semper Cõfundere trãstulit, aliquãdo

Iudic. 3. 25. reddidit Erubescere. Vt in libro Iudicū:
 Expectantesq; diū, donec erubescerent.

Psal. 30. 18. Et in Psalmo trigesimo: Domine nō con-
 fundar: quoniam inuocauite: Erubescāt
 impij. Cū tamen in Hebræo pro Cōfun-
 dar, & pro Erubescāt, idē vtrobq; sit ver-
 bum שׁוֹבֵל: & in Græco idē verbū αἰσχυνεται.
 Et apud Isaiam: Erubescere Sidon. Pudorē
 autem, vt Gellius tradit, Philosophi iustæ
 reprehensionis timorem esse definiunt.
 Aristoteles dolorem quendam atq; per-
 turbationē ex malis aut præsentibus, aut
 præteritis, aut futuris, quæ infamiam in-
 ferant, Verecundiam esse dixit. Cumq; id
 verecundia sit, inquit Aristoteles, in his
 malis erubescere necesse est, quæ vel ipsis,
 vel ijs quæ sibi curæ sunt, dedecori esse vi-
 dentur: qualia ea sunt, quæ à vitio profi-
 ciscuntur. Confusio igitur in libris diui-
 nis hanc naturæ animaduersionem sig-
 nificat, qua conscientia ipsa quemcun-
 que in scelere aut ignoratione eorū quæ
 ignorari aut perpetrari nō decuit, depre-
 hensum afficit. Cū ergo populos multos
 cōcideres, opprimeres, & iniustè vexares,
 cumq;

cumque te tuus appetitus (id enim Anima significat in hoc loco) (& nimia dominandi libido transuersum ageret, pudorē utique tibi atque domui & posteritati tuę cogitasti atque parasti: cū inde tibi tuisque certissima impendeat ruina, passuriq; sitis extremum excidium. Patientes autem, inquit Stagirita, inuiti per vim, aut passi, aut passuri quęcunque in ignominiam atq; opprobrium ducunt, verecundantur, quoniam ignauię ac timiditatis sit, sufferre ac perpeti, & non se defendere.

Pagninus pro: *Peccauit anima tua*: vertit, *Peccasti in animam tuam*. Id est, in vitam & salutem tuam. Huic noua editio, & eius scholiasta Vatablus attestantur. Etenim, vt verissimè dixit Hesiodus:

Ipse sibi nocet is, alium qui ledere querit.

Consultum malè consultori pessima res est.
Inuenitur & hæc sententia totidem ferè verbis apud Ecclesiasticum: *Facienti ne-* *Ecc. 27. 30*
quisissimum consilium, super ipsum deuoluetur. Vbi facere nequisissimum consilium, non est suggerere malum cōsilium

Q₃ alteri

alteri: sed exequi malum, quod quis apud
 se excogitatit, aut malum consiliū apud
 se contra aliquem inire. Est enim Græcè
 πρό: Facienti nequissimum consilium:
 ὁ ποιῶν πονηρὰ; hoc est, Faciēs mala. Rectè igitur
 Socrates apud Platonem in Gorgia
 dicebat: Peius esse iniuriam facere, quàm
 iniuriam pati, & damnosius esse, malo af-
 ficere, quàm affici. Frustrà igitur qui con-
 gregat avaritiam malam domui suæ, libe-
 rari se putat de manu mali: nam si etiam
 domus ipsa semper staret, si perpetuò opi-
 bus, honore atque dignitate polleret, si
 nullà vnquam vi hostium demolita con-
 cideret: nihilominus iugiter Domino
 suo pudorem & ignominiam inferret.

*Quia lapis de pariete clamabit, & lignū quod
 inter iuncturas edificiorū est, respondebit.*

L Apides ipsi domus alienis impendijs
 constructæ, pretiosa ipsa mariora ex
 assenis ædibus direpta, cedrinay cypre-
 sinā tigna aliunde per vim asportata,
 in prætæ demum trabes per iniuriā atq;
 rapinam

rapinam conquestam; Dominum ipsum
 palam & raptorē & iniurium in clamoribus,
 violentum & improbum vociferantur:
 dum illius flagitiorū atq; facinorū veluti
 monumentum quoddam ac titulus, spe-
 ctantium obtutibus rapinas, compilatio-
 nes, caedes & strages obijciūt: nemoq; est,
 quin dñi sceleris & crudelitatis & iniu-
 stitiæ ex illa domo cōmonefiat. Cū au-
 tem lapides & ligna tantū nominat, cē-
 tera omnia spolia complectitur: nam to-
 tum hoc negotium perdendarū vrbiū,
 & proprii regni stabiliendi, sub cōstruen-
 di nidi & ædificandæ domus metapho-
 ra prius enuntiauerat. Porrò, populorum
 omnium diuitiæ, opes, supellex, & ornā-
 menta omnia, quæ in Nabuchodonoso-
 ris regia iniustè detinentur, clamabunt,
 & se iniustè rapta conquerentur. Vt un-
 tur autem non infrequenter diuini scri-
 ptores prosopopœia, rebusq; sensu ac voce
 carentibus sensum & vocē, ad rei magni-
 tudinem amplificandā, attribuunt. Mirè
 nanque prosopopœiæ, vt Fabius docet,
 cū variant orationem, tum excitant;

Iac. 5. 4. mouentq; plurimum mutæ res, aut cùm
 ipsis loquimur, aut cùm ipsas loqui con-
 fingimus. Hac figura vtitur beatus Iaco-
Gen. 4. 10. bus, cùm ait: Ecce merces operariorum,
 qui messuerūt regiones vestras, quæ frau-
 data est à vobis, clamat. Simili tropo, Sā-
 guis Abel dicitur ad Dominum clamare
 de terra.

Cæterùm, pro eo quod nos legimus:
Et lignum quod inter iuncturas adificiorū est:
 Hebræa tantùm habet: *וַיִּבְנֶה אֱלֹהִים*. Dictio-
 nem porrò, Ees, lignum & arboré signifi-
 care, nullus ignorat: & pro ea Vulgatus
Gen. 1. 11. interpretatur, vt in Genesi: Lignum po-
Gen. 22. miferum faciēs fructū. Et rursus: Cumq;
 concidisset ligna in holocaustum. At ve-
Le. 23. 40. rò in Leuitico: Fructus arboris pulcherri-
Deu. 28. 42 mæ. Et in Deuteronomio: Omnes arbo-
 restuas & fruges terræ tuæ rubigo consu-
 met. Dictionem veruntamē Caphis qui-
 dam Tignum interpretantur. Pagninus
 nanque sic vertit: *Et tignum arboris re-*
spondebit ei. Alij verò illa trabium capi-
 ta significare volūt Caphis, quæ à Latinis
 proce-

proceres appellantur: vocari autem Caphim, id est, manus, quòd velut manus quædam trāsversos asseres sustentēt. Hieronymus lignū esse tradit Caphis, quod ad continendos parietes, in medio stru-cturæ collocatur: quodque vulgo apud Græcos appellatur ἡμικτῶσις. Sunt qui putent, Caphis subscudem esse, ligneumque; retinaculum illud, quo duo tigna mutuò inter se tenacissimè vinciuntur: qui que Hispanè à nonnullis Tarugo, ab alijs Sabina vocatur. Noua editio Vatabli sic transfert: | Et subscus ex tabulato contra te testabitur. Huic non multùm dissonat editio Vulgata cùm ait: *Et lignum quod inter iuncturas adificiorum est*. Quid si & hoc ipsum Septuaginta seniores intellexerunt, cùm aiunt: καὶ κληροσ ἐκ ξυλου φθειρεται κνυκ. Hæc sunt. Et scarabeus de ligno loquetur ea. Forsitan enim veteres (quod & Theophylactus suspicatur) nodū atque complexum trabium culmina sustinentium, Cantharum, id est, scarabeum nominabant: quoniam genus illud grande scarabeorum referret, cornibus prælògis bisulcis,

bifulcis, quæ sunt dentata forcipibus in cacumine, cum libuit, ad morsum coëuntibus. Nam & nodus quæ Apis bos Ægyptiorum sublingua habuisse dicitur, Cantharus appellabatur: ut Plinius atq; Porphyrus testantur. Et Canthari, siue scabei vocabulum ad multas utiq; res significandas olim à veteribus deriuatum est. Nam & Canthari nauigia quædam dicebantur: quorum mentionem in Græca comœdia veteri reperimus. Fuit & in Attica portus, Cāthari nomine celebris. Eademque censetur nomenclatura, ex Athenæi calculo, pocillum: atque item accommodum mulieribus ornamento. Apud Iulianum iureconsultum Canthari dicuntur, per quos aquæ saliant. Et Cātharus, piscis est apud Plinium. Est itidē & cœleste signum in Aquario, ex tribus constans stellis. Nil ergo mirum, si inter tot Canthari significationes, maximè verò cum Hebraicum vocabulum suadeat, subscudem etiam olim significasse Septuaginta interpretibus, putauerimus: tabellamq; illam exiguam, ligneum uè clauiculum

niculum & retinaculum, quibus duę ta-
 bulę vel tigna inter se tenacissimę colli-
 gantur, quę etiam Securicę dicuntur. Hęc
 Tarugo Hispani, illam Cola de milano
 nuncupamus: vt sunt plurimę quoquę
 res alię, quę ab animalibus aut auibus
 mutuuntur vocabula. Nam tormenti
 quoddam genus Latinis Equuleus, nobis
 Potro dicitur. Et forcipem euellendis
 eruendisquę dentibus accommodam, ap-
 pellamus Gatillo. Clauiculos porrò illos
 orbiculatos, quibus habent frenis copu-
 lantur, Alacrane vocamus. Sensus igitur,
 vt ego puto, Prophetę nostri hic est,
 Singulas qualquę regię Nabuchodono-
 soris partes, quantumlibet minimas &
 absconditas, eius iniustitiam & imma-
 nitatem incusaturas, sequę ipsas per vim
 & iniuriam direptas, violenter atque
 nefarię detineri, proclamaturas. Hiero-
 nymus aliò sententiam detorsit dicēs:
 Hoc est ergo iuxta historiam quod pro-
 phetalis sermo significat: lapides parietum,
 qui à te destructi sunt, & ligna
 eorum ambusta, tuam crudelitatem
 sonabunt.

sonabunt. Hieronymi expositionem alij quàm plurimi secuti sunt, per me liberù erit lectori, liberè vtram malit amplecti. Vtteriora porrò videamus.

Va qui adificat ciuitatem in sanguinibus, & preparat urbem in iniquitate.

A Pud diuinos scriptores, *Va*, ingētem calamitatem, extremaq; mala sepius imè comminari, protritum ac vulgare est: etiam si nonnunquàm particula hæc dolentis aut condolentis sit interiectio, & aliena incommoda miserantis ac cōquerentis exprimat affectum. Quale est illud apud Ieremiam: Non plangent eum, Vē frater, & Væ soror: non concrepabunt ei, Vē Domine, & Vē in clyte. Apud Zachariam vbi nos legimus: O, o, fugite de terra Aquilonis. Et paulò inferiùs: O, Sion fuge, quę habitas apud filiam Babylonis. Pro interiectione, O, in Hebręo habetur וַיָּי : quam propè semper Vē transtulit Vulgatus interpres. Apud Isaiam quoq; vbi legimus: Omnes sitientes venite ad
aquis

Ier. 22. 18.

Zac. 2. 6. 7

Isa. 55. i.

aquas. *Hebræis* est וְיָר, id est, O, omnes
 fitientes. Est igitur aliquando Væ, dolentis
 aut miseratis interiectio. Est etiã non-
 nunquàm vocantis aduerbium: at plæ-
 runque damnationem & grauis suppli-
 cij comminationem importat: & Hiero-
 nymus, Væ pœnarum esse vltimũ, & eter-
 num interitum præsignare arbitratur:
 neque de iustis ac pijs hominibus vnquã
 dici, annotauit Gregorius: sed de impijs
 ac pessimis vsurpari. Si euangelizauero,
 inquit Paulus, non est mihi gloria: neces-
 sitas enim mihi incumbit: Væ enim mihi
 est si non euãgelizauero. In Apocalypsi,
 Væ, damna & afflictiones significat. Vç
 vç, vç, habitantibus in terra. Et postmo-
 dum: Vç vnum abiit, & ecce veniunt ad-
 huc duo Vç post hæc. Et rursus: Væ secun-
 dum abiit, & ecce Vç tertium veniet
 citò.

1. Cor. 9. 16

Apo. 13. 8.

Apo. 9. 12.

Sanguinum autem vocabulo in diuinis
 libris non tantũ cęles & vulnera, sed ra-
 pinę quoque & fraudes, cæteraq; omnia
 cupiditatis & auaritię instrumenta signi-
 ficantur, quibus opes alterius atque sub-
 stantia,

stantia, necessariaque vitæ subsidia, per vim aut calumniam corraduntur. Etenim, quia anima omnis carnis in sanguine est, ut nos Leuiticus docet: quia sanguis, iuxta placita philosophorum, alimento est corpori: quia si multum sanguinis effluat, anima deficit, at si nimium, vita interit: Vnde Crytias atque alij quidam, sanguinem esse animam, decreuerunt. Hinc etiam opes ac facultates, & quidquid alendæ sustentandæque vitæ necessarium est, sanguinis nomine denotatur: & Cicero ærarij pecunias, ærarij sanguinem nuncupauit.

21. 2. 10.

1. 1. 1. 1.

11. 1. 1.

Psal. 5. 7.

Psal. 54. 24

Neque solum qui violenter aliena diripiunt, sed etiam qui fraudulenter atque dolose suffurantur, Viri sanguinum ab Scriptura dicuntur. Viri sanguinum & dolosi, inquit Psaltes, non dimidiabunt dies suos.

Et, Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus. Cumque dolosum addidit, forsitan de more scripturarum, quos vitos sanguinum diceret, explicauit. Quid enim interest, si cruenta corde quempiam protinus tollas e medio, an verò longatabe & inedia perpetuis laboribus tandem

simulsi

confi-

conficias? Psalmo vigesimo quinto sanguinarijs illis innocuos vides opponi: quæ pietatis sit prodesse, impietatis aliena tollere, & instar truculentæ feræ omnia vastare, quæ sunt aliorum. Natn & ad bestie sanguinariæ habitum & speciem alludit Zacharias, cum ait: Et auferam sanguinẽ eius de ore eius. Feræ quippè ex dilaceratione, os sanguine infectum habere solent. Sanguinẽ verò iniurias & oppressiones, & alienorum bonorum direptiones vocauit Zacharias. Nisi mauius ad vanum idolum deorum cultum, superstitiosumque epularum ritum referre, qui ethnicis Libatio dicebatur: bibebant nanque in sacrificijs sanguinem cum lacte aut vino permistum: carnes verò ipsas hostiarum comedentes, deorum epulas appellabant.

Ergo ædificare ciuitatem in sanguinibus, & præparare urbem in iniquitate, siue vt habent Chaldaica, in dolis: est per vim, iniuriam, fraudes atque dolos, facultates rerum, copias, & opes, ac potetiam consequi, & regni regnandiq; rationem proprijs

proprijs commoditatibus definire. *Præparat urbem*: pro stabilit, transfert editio Vulgata, quod Pagninus interpretatur. Verbum enim Hebræicum בָּרַךְ , Confirmare etiam & stabilire significat, quomodo & Vulgatus vertit aliquando. In libris

- enim Regum, ubi legimus: Non stabilieris tu neque regnum tuum. Et, quoniam confirmasset eum Dominus regem. Et, confirmatum est igitur regnum in manu Salomonis. Ibi quoque: Et firmabo regnum eius. Sed & ibi: Et firmatum est regnum eius nimis. Et in Prouerbijs Salomonis, ubi dicitur, Et prudentia roborabitur. Atque in alijs Vulgatæ editionis locis Hebræa pro verbis Stabilire, Confirmare, Firmare, & Roborare, idem habent verbum בָּרַךְ . Præparare igitur apud Vulgatum interpretem, Firmare & stabilire est, confirmare interdum & roborare significat. Quod apertissimè illud ostendit: Iam nunc Dominus præparasset regnum tuum. Et in Psalmis: Quia ipse super maria fundauit eum, & super flumina præparauit eum. Et rursus: Præparans montes in

in virtute tua. Et rursus quoquè: *Quoniã* *Psal. 88. 3.*
 in æternum misericordiã ædificabitur: in
 cœlis præparabitur veritas tua in eis. *Dis-*
 posui testamentum electis meis, iuraui
 Dauid seruo meo, Usquè in æternũ præ-
 parabo semen tuum, & ædificabo in ge-
 nerationem & generationẽ sedem tuam.
 Vbiuis in prædictis locis habetur Hebrai-
 cum verbum *סב*, & in omnibus illis lo-
 cis firmare & stabilire significat.

His igitur verbis *Habacuc* idipsum,
 quòd superiùs intulerat, referre videtur:
Væ qui congregat auaritiã malam do-
 mui suæ, vt sit in excelsò nidus eius, & li-
 berari se putat de manu mali. Sic & nũc:
Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, id
 est, *O* ter miserum & infoelicẽ, lamentis
 ac luctibus meritò prosequendũ: vtpotè
 quẽ omni dicitate & immanitate dete-
 rior maneat rerũ exitus: qui iniustis cedi-
 bus & rapinis, qui dolis ac fraudibus sibi
 potentiã & dignitatẽ parat, aut partã am-
 plificat & exornat, autumans se firmare
 eam, nullisq; perturbationibus expositã
 redditurũ: adeoq; incõcussam & inuictã,

si alienis opibus communiuerit, si aliorū
oppressionibus & ruinis stabilem, firmā,
atque securam effecerit.

Nunquid non hæc sunt à Domino exercituū?

SEptuaginta interpretes reddiderunt:
Nonne hæc sunt à Domino omnipoten-
te? superioribusq; coniungunt. Expo-
nit autem Theophylactus in hūc modū:
*Hæc utiq; non sunt à Domino, hoc est,
non imperauit ista, neq; lege sanciuit ea
Dominus, neq; ipsi placent. Theodore-
tus verò, Discutienda, vel, Examinanda,
aut quid simile, subaudire videtur, vt sit:
Nonne hæc sunt à Domino omnipoten-
te discutienda, examinanda, punienda?
Theodoreti verba sunt hæc: Lamētis cer-
tè & luctibus dignus es, qui ex iniustis cę-
dibus regnū tuum auxeris: & non intelle-
xeris, vt Deus omnipotēs abs te reposcet
rationes vitæ iniquè trāfactæ: nam si hoc
cognouisses, nō potestate ceu igne quo-
dam vsus fuisses in multas nationes, neq;
eis inexpiabilia mala inuexisses. Hęc ille.
Si autem hæc verba subintelligentur,*
editio

editio quoq; vulgata in hunc eundē sensum posset induci. Hieronymus dū iuxta allegoriam hunc locum exponit, priorī sententiæ astipulatur, ait enim: Non sunt hæc à Domino omnipotente, id est, talis ædificatio non est à Domino sabaoth: quem nūc Septuaginta interpretati sunt Omnipotentem. At idem Hieronymus historicum sensum explanans, hæc eadē verba ijs, quæ subsequuntur, annectit, sic dicens: Nulli dubium est, quin iuxta litteram adhuc contra Nabuchodonosor loquatur sermo propheticus. Et plangat eum, quòd ædificet Babylonem in sanguinibus, & plurimorum ruinis ac mortibus illius mœnia construat. Qui, quia hoc fecerit vrbi, quam in sanguinibus construxerat, postea quæ à Domino inferantur, auscultat. Sequitur enim:

Laborabunt enim populi in multo igne: & gentes in vacuum, & deficient.

ID est, Babylone incensa, frustra populi laborabunt, & nitentur in nihilum,

R 2 & defi.

Ier. 51. 58.

& deficiēt populi gentis Chaldaicæ. Hic ronymus hucusquē. Hebraica pro, *Nunquid non hæc sunt à Domino exercituum?* tantum habent: An non hæc à Domino exercituum? subaudi. Dicuntur, vt ego puto: aperteq; docet nos Ieremias, qui hanc de Babylonica calamitate & ruina sententiam, eisdem fermè verbis & ampliori oratione prædixit in hunc modum. *Hæc dicit Dominus exercituum: Murus Babylonis ille latissimus suffossione suffodietur, & portæ eius excelsæ igne comburentur, & labores populorum ad nihilum, & gentium in ignem erunt, & disperibunt. Prædicunt autem Ieremias simul & Habacuc, fore, vt cuncti conatus, opera, laboresque omnes, quæ in vrbe ac domibus ædificandis & exornandis, in diuitijs & opibus comparandis, in toto deniquè regno stabi- liendo, gens Chaldæorum cum suo pariter rege consumpserint, omnia vel hostili igne combusta depereant, aut in prædatorum vsum potestatemque deueniant. Hac ipsa dicendi formulæ usus est Ezechiel,*
cùm

cùm ait: *Hæc dicit Dominus Deus: Vexi* *Ezec. 24. 9*
 uitati sanguinum, cuius ego grandem fa-
 ciam pyram. *In multo igne laborare:* dicun-
 tur ij, qui ingentes & excelsas domos ac
 tures construunt, in materiam incendij
 venturas, & ingentem atque excelsam
 pyram constructuras. Quod verò addi-
 tur: *Et gentes in vacuum & deficient.* Hebræi
 sine coniunctione legunt, scilicet, Et gen-
 tes in vacuum deficient. *Eiusdem* autem
 sententiæ repetitio est, & *Hebræis* fami-
 liarissima expositio: nam Gentes & Po-
 puli idem vtrunque significat, quando-
 quidem populus, gentium coniunctio &
 societas quædam est. *In vacuum* verò, id
 est, ad nihilum, vt *Vulgatus* interpret ver-
 tit hoc ipsum verbum פִּי אֶבֶן apud *Ieremiã,* *Ier. 51. 58.*
 vel. In cassum, vt transtulit in *Leuitico:* la-
 boraturos vsque ad lassitudinem Chal-
 dæos, prædicit Vates, quia omnia quæ
 ipsi magnis laboribus & assiduis sudori-
 bus sibi parauerant, Medorũ atq; Persarũ
 direptioni & incendijs erant relinquenda,
 quod perinde erat, ac si ipsi insudassent in
 vacuum, & sine mercede aut operæpre-

tio vlllo dies nocteſq; vsque ad defeſſionem & virium laſſitudinem ſeſe exercuiſſent. *Deficient in vacuum*, id eſt, fruſtrà & in vanum fatigabuntur. Significat enim ꝑꝑo laſſari atque defatigari: vt apud Iſaiã editio Vulgata interpretatur: Qui dat laſſo virtutem, & hiſ, qui non ſunt, fortitudinem & robur multiplicat. Poſteſt autẽ & ſeorſum legi verbũ *Deficient*: & in propria ſignificatione accipi, vt ſit ſenſus: *Laborabunt populi in ignem, & laborabunt gentes in vacuum: deficient quip̃ omnes labores eorum, & cuncta, quæ laborando congeſſerant, interibunt.*

Ier. 51. 58. Hunc ſenſum apertiffimẽ ſequutus eſt Vulgatus interpres apud Ieremiam, cũ vertit: *Et labores populorum ad nihilũ, & gentium in ignem erunt & diſperibunt. Huic conſentit Noua editio, reddit enim: Et quod gentes ac populi labore & fatigatione operati ſunt, in vanum & ignem abibunt. Pagninus apud Habacuc trãſfert: Laborabuntq; populi igne, & gẽtes in vacuũ deficient. Apud Ieremiam verò ſic: *Et laborabunt populi inaniter,**

aniter, & ea in quibus laborauerint populi, igni cōburentur, & lassabuntur. Apud vtrunquè prophetam in Hebræo eademmet sunt verba, præterquàm quòd apud Ieremiam legitur cum præposita coniunctione, *Et deficient, siue, Et lassabuntur.* Præter id etiam quòd dictiones *Nihilum,* & *Ignis,* commutantur: etenim apud Habacuc legitur: *Et laborabunt populi in igne, & gentes in vacuum deficient, siue lassabuntur.* Apud Ieremiam verò: *Et laborabunt populi in vacuum, & gentes in igne, & deficient, siue lassabuntur.*

Cæterùm, huius coniunctionis figura, *Dominus exercituum,* aut *Deus exercituū,* diuina fortitudo, & summa ad res gerendas facultas significatur: eaquæ tunc maxime vtuntur diuini Vates, cùm de diuino iudicio, de supplicio sumendo, de sceleribus vindicandis, vaticinantur. Et, quod ad certâ rationē propiùs accedit, hac *Exercituum* adiunctione se Deus appellat, vbi cū principibus, cū tyrannis, cū diuitibus, & potentia elatis hominibus, cū superbis deniquè & scelere obduratis cōfligit. Cū

testatissimum esse vult Deus, diuinā potentiam effugere minimè quinquā posse: cū ipse exercitus habeat multos atq; fortissimos, qui ad nutum parati, ei semper assistant. Vnde pro *Domino exercituū*, Septuaginta seniores, vt plærunque sunt paraphrastæ, Domino omnipotente verterunt.

Quia replebitur terra, vt cognoscant gloriam Domini, quasi aqua operientes mare.

CVM Babylon fuerit euerfa (exponit Hieronymus) manifesta fiet omnibus potentia virtutis Dei, quasi aquæ operientes mare. Sic gloria Domini in terra vniuersa complebitur, sicut aquæ aluèū & fundum contegunt maris. Hæc ille. Theophylactus verò sic: Postquam suprà dixit: Væ, nunc causam adducit, & inquit: Propterea Væ dixi, quoniam cognoscetur in te potentia Dei, & vniuersa terra cognoscat Dominum ceu iustè iudicantem. Et quemadmodū copiosa lympha contegens maria, hoc est, inundans & super-

perbulliens, in omnem hincindè locum effunditur, cōsimili ratione cognitio Domini exuberabit, & super omnes fundetur. Perinde ac Dauides ait: Cognoscitur Dominus iudicia faciēs, in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Cū enim peccator in illis ipsis, quæ perpetrat, deprehensus fuerit, tum Dominus iudicia faciens omnibus innotescit. Hactenus Theophylactus. Suffragaturq; his expositionibus Isaias, dicēs: Quia repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris operiētes: vel sicut aquæ mare operientes: vt Pagninus & Septuaginta verterunt. Neque enim reddi posse, Aquæ maris affirmat Forerius, cū Hebraicè sit, אֲשֶׁר מֵהַיָּם, sitque nomen מַיִם, forma integra. Potest autem sic verti: Sicut aquæ à mari operientes (is enim interdū vsus est, וְ, id est, velut si mare redundaret, vt operiret terram, vt in diluuiò accidit. Et hunc sensum sequi videtur Vulgatus apud Isaiam, cū dixit: Sicut aquæ maris operientes. Vel etiam: Sicut aquæ mare operientes: vt Mare pro cratere maris positum

positum intelligamus. Dicanturq; aquæ operire mare, quòd scilicet operiant omnia quæ sub mari sunt, id est, sicut mare aquis suis operiens bonam terræ partem. Aut certè, quòd mare tellurem circumquaque ambiat: est quippe toto suo globo tellus medio ambitu præcincta circumfluo mari. Alij verò sic exponūt. Replebitur terra Chaldæorū Medis ac Persis, vt cognoscāt gloriam Domini, id est, eius potestatem gloriosam per ultionem scelerum experiātur, & intelligant. Quia Dei vindicta, nō secus Babylon haud apparebit ampliùs, ac fundus maris, qui altissimis gurgitibus occultatur.

At, mea sententia, verba ista nostri Habacuc: *Ut cognoscant gloriam Domini*: per parenthesis interponuntur, figura diuinis vatibus non ignota. Est autem sensus & verborum series huiusmodi: Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, stabiliq; urbem in iniquitate. Nonne enim dicit Dominus, quòd huiusmodi sanguinarij homines laborabunt in ignem, & defatigabuntur in vanum? Etenim vt innotescat

notéscat gloria Domini, hoc est, vt cognoscant homines, Deum esse sanctum, iustum, omnipotentem, vt cognoscant, diuina prouidentia cuncta gubernari, neq; perpetuò Deum impiorum sceleribus cõniuere: sed illa tandem animaduertere & vlcisci: replebitur terra, nempè Chaldeo-
rum sanguinariorumq; huiusmodi hominũ, quasi aquis supra mare intumescentibus, valideq; fluctuãtib; aut è mari exũdantibus, & regionẽ aliquã operientibus atq; demergentibus. Plurimas nanq; vrbes à mari haustas, plurimas quoque terras in totũ mari permutatas, passim apud autores grauissimos inuenimus. Nam & Pyrrham & Antissam circa Męotim Pontus abstulit, Elicen & Buram in sinu Corinthio, quarum in alto vestigia, sua etiam apparuisse tẽpestate, Plinius testatum reliquit. Quin in totum abstulit terras, & si Platoni credimus, quicquid contegit Atlanticum mare, olim insula fuit, Lybia simul & Asia maior. Postea verò ingenti terræ motu, iugique diei vnus & noctis illuione; factum est, vt terra dehiscens

dehiscens vniuersos incolas absorberet,
& Atlantis insula sub vasto gurgite mer-
geretur.

- Est autem vsitatissimum diuinis vati-
bus, ciuitatum aut regnorum euersiones
sub metaphora inundationis commina-
ri, & hostium exercitus & impetus, inun-
dantium aquarum vocabulo nuncupa-
re. Propter hoc, inquit *Isaias*, Ecce *Domini*
adducet super eos aquas fluminis for-
tes & multas, regem *Alyriorū*, & omnē
gloriam eius: & ascendet super omnes ri-
uos eius, & fluet super vniuersas ripas
eius. Et in alio loco: Væ multitudo popu-
lorum multorum, vt multitudo maris so-
nantis: & tumultus turbarum, sicut soni-
tus aquarum multarum. Sonabunt popu-
li sicut sonitus aquarum inundantium.
- Et capite vigesimo octauo: *Ecce validus*
& fortis *Dominus*, sicut impetus grandi-
nis: turbo confringens, sicut impetus
aquarum multarum inundantiū, & emis-
sarum super terram spatiosam. Et capite
trigesimo: Spiritus eius velut rorres inun-
dans vsquē ad medium colli, ad perden-
das

das gentes in nihilum. Ieremias quoque:
Ecce, inquit, aquæ ascendunt ab Aquilone, & erunt quasi torrens inundans, & operient terram & plenitudinem eius, urbem & habitatores eius. Et quod hunc locum Habacuc consultò videtur exponere: idem Ieremias Babylonis ipsius ruinam graphicè describès, sic inquit: Quo- *ler. 47. 2.*
*modò capta est Sesach, & comprehensa est inclyta vniuersæ terræ? quomodò facta est in stuporem Babylon inter gètes? Ascendit super Babylonem mare: multitudine fluctuum eius operta est. His igitur verbis Habacuc: *Quia replebitur terra (vt cognoscant gloriam Domini) quasi aque operientes mare. ratio redditur, atque modus præscribitur, quibus laborabunt populi in ignem, & gentes in nihilum lassabuntur. Nempe, quia ascendet super Babylonem mare, & multitudine fluctuum eius operietur. Quia replebitur terra* *ler. 50. 9.*
Chaldæorum congregatione gentiũ magnarum de terra Aquilonis, & regibus multis à finibus terræ: vox eorum quasi mare sonabit, inquit Ieremias, & erunt, *41. 42.*
*inquit**

inquit Habacuc, quasi aquæ operientes
super mare. Nam Hebræa sic habet: *וַיַּיָּבֵן*,
id est, Super mare. Intumescentes, videli-
cet, & supra maris æquor attollentes sese,
& infredientes, cùm stridens Aquilone
procella velum aduersa ferit, fluctusque
ad sidera tollit. Cùmque vndique incum-
bunt simul,

*Rapiunt què pelagus infimo euersum solo,
Aduersus Euro Zephyr^o, & Borea Notus.
Sua quiq; mittunt tela, & infesti fretum
Emoliantur, turbo conuoluit mare.
Vento resistit æstus, & ventus retro
Æstum reuoluit, non capit sese mare.*

Replebitur ergo terra Chaldæorum mul-
tis atq; feris Medorum ac Persarum tur-
bis, instar marinæ tempestatis tumultua-
tibus & infredientibus. Aut, *Quasi aqua*
operientes supra, vel, iuxta mare: Nam *וַיַּיָּבֵן*, Su-
per & Supra, & Propè & Iuxta, significat.
Vt sit: Operientes supra maris terminos,
& in conterminas terras exundantes, &
regiones finitimas submergentes. Ver-
teretur porrò aptissimè in hunc modû:
Quia replebitur terra (vt cognoscât glo-
riam

riam Domini) quasi aquis operientibus
super, vel, iuxta mare.

*Ua qui potū dat amico suo, mittens fel suū, &
inebrians, ut aspiciat nuditatem eius.*

IN Hebræo pro, *Mittens fel suum*, legitur,
מִתֵּן פֶּל לְאִישׁוֹ, Verbū verò פֶּל Fel aliquā-
do, seu venenum significat. Ut in Deute- *Deu. 32. 33*
ronomio: Fel draconum vinum eorum.
Et in Psalmis: Venenum aspidum sub la- *Psal. 139. 4*
bijs eorum. Aliquando significat Iram
aut Furorem. Ut in libro Iob: De fu- *Iob. 21. 20.*
rore omnipotentis bibet. Et in Psalmis: *Psal. 87. 8.*
Super me confirmatus est furor tuus. Est
etiam quādoq; פֶּתַח Vter siue Lagena. Ut
in Genesi: Tollens panem & utrem aque, *Gen. 21. 14.*
imposuit scapulæ eius. Ac rursus: Cūmq;
consumpta esset aqua in vtre. At verò
פֶּתַח, turbare est: & צֶמֶן, lutum, siue ce-
mentum. Ut apud Isaiam: Nos verò lu- *Isa. 64. 8.*
tum, & fictor noster tu. Et in Genesi: Bi-
tumē pro cemento. Porrò, מִתֵּן, & mitte-
re, & iungere, adhibere, & aggregare est:
פֶּתַח autē Subuertere & perdere, adiungere
& con-

& congregare significat. Ergo, quoniam Hebraicæ voces polysemæ sunt, interpretes varij, dum alius aliam significationem præfert, varias in hunc locum interpretationes inuexerunt. Septuaginta seniores sic transferunt: Væ qui potat proximum suum subuersione turbida & inebrians, vt aspiciat in speluncis suis. Theodotio pro Subuersione turbida, diffusionem tuam, dixit. Fit enim in Hebræo transitus à tertia persona ad secundam. Quinta editio vertit: De subuersione insperata iræ tuæ. Targum: Væ propinanti socio suo, & effundenti in ira. Symmachus: Et emittens absque iudicio furorem suum. Aquila: De emissionem furoris tui. Noua editio: Væ ei qui potum præbet proximo suo, qui adhibes furorem tuum, vt inebries eum. Hieronymus se alibi translatum legisse scribit: Væ qui potum dat proximo suo amentiam turbidam. Quin & alibi: Turbinem volantem. Pagninus Rabinis consentiens vertit: Væ tibi propinanti amicis tuis, iungenti vtrem tuam, & etiam inebriando: vt aspicias nuditates eorum.

Vatablus

Vatablus verò: Væ ei qui potum præbet socijs suis, tu admoues vtré tuum, & etiã inebriasti eos. Rabbi David: Iungēti vtré tuum: dixit. Rabbi Abraham: Væ propinanti amico, seu socio suo, calicem soporis, & inebriabis eos vtre tuo.

Tradunt autem Iudæi (vt gentile semper illis fuit, in locis scripturarum difficilioribus ad fabulas statim conuerti) Sedechiam regem Iuda, à Nabuchodonosore rege Babilonis Antiochiæ excæcatū, varijsq; modis irrisum, in Babylonem fuisse perductum. Vbi cum quadam die Nabuchodonosor cōiuiij festa celebraret, iussit ei dare potionē, qua venter potātis solueretur in fluxum. At subitò introductū ante ora epulantium, compulsūq; vi vētris, pollutū esse stercore. Ob id autē eius vocari amicum, quòd translato in Babylonem Ioachin, Sedechiã præfecisset in regem Iudæorum. Veruntamen nihil debet esse in sacrarum literarum expositione commentitijs fabellis loci.

Sunt qui putent, iuxta prophetici sermonis sonū & proprietatem, Nabuchodonosori

4. Reg. 25.7

4. Reg. 24.

17.

S donosori

donosori hunc morem fuisse, in cenis at-
 que conuiujs, quæ ipse splendidè cele-
 brabat, reges illos, quibus victis pro ser-
 uis utebatur, ad immodicas potationes
 adigere, seque eorum ludorum, quos con-
 ficere solet ebrietas, otiosum ac lætum
 spectatorem præbere. Itaque hominum
 ignominia & turpitudine magis quàm
 honestate & decore delectabatur: &
 quos, vel pristinæ dignitatis recordatio-
 ne, tanquàm amicos aut socios, regiæque
 olim potestatis consortes, venerari oportu-
 iisset, reges & potentissimos quosque
 duces (quod in superioribus prædixerat

Hab. 1. 10. Deus Habacuco) ipse ridiculos & scur-
 ras sibi proponebat, & illis intemperan-
 tiùs propinans, turpè ex eorum ignomi-
 nia & dedecore spectaculum sibi para-
 bat. Hæc illi: veruntamen incerta sunt,
 etiam si Hebræos habeant autores. Illud
 autem non contemnendæ fidei scripto-
 res testantur: Babylonios in vinum præci-
 puè, quæque ebrietatis velut appendices
 sunt, fuisse procliuiter effusos: foëminarû
 item conuiuia celebrantium, initio mo-
 destum

destum compositumq; fuisse habitum: mox tanquàm mero incaluisſent, ſumma exuere conſueſſe amicuſq; pudorem profanare. Poſtremò etiam eò adduci impudentiæ, vt ima corporum reuelare non erubeſcerent. Neque ſolùm damnati inſœlicisq; pudoris proſtibus iſta ſolitas perpetrare: imouerò nobiliſſimæ cuiuſq; matronæ decora hæc habebantur. Apud Babylonè porrò feſtũ agi ſolituſq; ſcribit Xenophon, in quo Babylonij omnes vniuerſam noctem biberent, & laſciuis carminibus & ſaltationibus indulgerèt. Cuius occasione celebratis, à Cyro captã olim urbẽ, idẽ teſtatur libro ſeptimo Cyripediæ: Conſentitq; Herodotus in libro qui inſcribitur Clio: aper teq; narrat diuina Danielis hiſtoria. Hũc igitur perditiffimum Babyloniorũ morẽ notare, videri poterat Habacuc, qui tum ſe amicos officioſè conuiujs excipere putarent, ſi illos, ebrietatis quoquẽ adhibitis irritamentis, ingeſtiſq; venenis, in temulentia & inſaniam aduſquẽ nuditatẽ inducerent. Antiquitũs nanque bibendi

causa etiam venena confecta fuisse, Pli-
nius affirmat: alijs cicutam præsumenti-
bus, vt vel morte bibere cogerentur, alijs
pumicis farinam, & quæ referendo pudet
docere. Hocq; est forsitan quod dixit Ha-
bacuc: *Mittens fel suum*, aut, *Venenum*
suum: Et inebrians. Veruntamen hæc, & si
certa sint, his quæ sequuntur non satis co-
hærent.

Ego, igitur, Hieronymo magis assen-
tio, & hæc per enigma atque metaphora
dici autumo: q; Nabuchodonosor omnes
inebriauerit calice furoris sui, cunctosq;
expoliatos atque captiuos viderit, & il-
li qui quondam gloriosi fuerant, in vlti-
mam ab eo seruitutem, extremamq; pau-
periem ac nuditatem redacti sint. Diui-
nis quippè vatibus familiare admodum
& frequens est, sub translatione potus
aut calicis, afflictiones, calamitates, &
ærumnas, labores & onera designare: eo
quòd sicut vino status mentis euertitur,
vt neq; pes neque mens satis suum offi-
ciũ faciat, sic afflictiones & ægitudines
quæ bibuntur, ita concitant hominem,

vt omnibus viribus destituatur. Nam, vt Cicerone vtar autore, cùm omnis perturbatio miseria est, tum carnificina est egritudo: lacerat, exest animum, planeq; conficit. At hoc quidẽ perspicuum est, tum ægritudinem exiltere, cùm quid ita visum sit, vt magnum quoddam malũ adesse & vrgere videatur. Ergo, potum præbere, aut calicem ministrare is dicitur, qui imminẽtia mala prænuntiat, minasq; intentat. Vnde est vox Dei illa ad Ieremiam, dicentis: Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te. Aut propiũs calicem & potũ præbet, qui afflictiones ipsas, damna & calamitates, perniciem & exitium infligit. Bibit porrò, hauritq; poculum, qui inflicta ab alio plagas & æumnas sustinet, pœnasq; ipsas & illata mala perpetitur. Cibabo eos absynthio, & potabo eos felle. Minatur Dominus apud Ieremiã. Et in alio loco: Potum dabo eis aquam fellis. Et rursus: Bibent & turbabuntur, & insanient à facie gladij, quem ego mittã inter eos.

*Ier. 25. 15.**Ier. 23. 15.**Ier. 8. 14.**Ier. 9. 15.**Ier. 25. 16.*

Cæterùm propinasse multas calamitates
 omnibus circunuicinis gentibus Baby-
 lonem, Babyloniumq; regem, testatur Ie-
Jer. 51. 7. remias, dicens: Calix aureus Babylon in
 manu Domini inebrians omnem terrã:
 de vino eius biberunt gentes, & ideò cõ-
 motæ sunt. Vfus nanq; est Dñs rege Baby-
 lonis tanquàm calice, quo iram & furorẽ
 vltionis suæ cæteris nationibus propina-
 ret: sic enim apud eundem Ieremiã com-
Jer. 25. 9. minatur: Ecce ego mittam & assumam
 vniuersas cognationes Aquilonis, ait Do-
 minus, & Nabuchodonosor regem Baby-
 lonis seruum meum: & adducam eos su-
 per terrã istam, & super habitatores eius,
 & super omnes nationes quæ in circuitu
 illius sunt: & interficiam eos, & ponam
 eos in stuporem & sibilum, & in solitu-
 dines sempiternas. Verûtamen, eo quòd
 Nabuchodonosor non, vt Dei ministrũ,
 decuisset, moderatè & humaniter vindi-
 ctam exercuit: sed fel suum & furorẽ im-
 mittens (quod significat Habacuc) cru-
 deliter & ambitiosè in reges magnos &
 gentes multas defæuijt: quia, vt Bedę ver-
 bis

bis agam, cum potestatem in Dei populū cæterasq; nationes accepisset, crudelitate & superbia metas acceptæ potestatis excessit: ideò ijs quæ proximè recitauimus, idem Dñs è vestigio subiūgit apud Ieremiã: Cùm impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regē Babylonis, & super gentē illam, iniquitatē eorum, & super terram Chaldæorum: & ponā illam in solitudines sempiternas. Quia seruierrunt eis cū essent gētes multæ & reges magni: & reddam eis secundū opera eorum, & secundum facta manuum suarū. Quia sic dicit Dñs exercituū Deus Israël: Sume calicē furoris huius de manu mea: & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te. Et bibent, & turbabuntur, & insanient à facie gladij, quē ego mittam inter eos. Recensiris subinde plurimis, quibus Ieremias propinauit, nationibus, adiungit: Et omnibus regnis terræ, quæ super faciem eius sunt: & rex Sefach (Hæc est Babylon) bibet post eos. Ergo, quod apertè præmiserat Habacuc dicens: Quia tu spoliasti

gentes multas, spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis: metaphoricè repetit, dum ait: Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum, & inebrians, vt aspiciat nuditatem eius: & quæ sequuntur.

Repletus es ignominia pro gloria. bibe tu quoque, & consopire: circumdabit te calix dextera Domini, & vomitus ignominia super gloriam tuam.

Hieronimus in tertia persona legit: Repletus est ignominia pro gloria: vt subaudiatur, inquit, amicus & proximus, siue confors regni, qui tuum ô Nabuchodonosor, calicem bibit. Vnde quia inebriasti plurimos, tu quoquè bibe de calice Domini, & consopire: circumdaberis supplicijs dextera Domini, & cum ignominia vomitus tui omnia quæ absorberis, egeres, & de sublimi gloria ad vltima deduceres mala. Haftenus Hieronymus. Pagninus autem sic transfert: Saturatus es potiùs eorum ignominia, quàm gloria, hoc est, Regum ac ducum à te captorum dede-

dedecore, magis quàm honestate delectatus es: quos, vel eorum exemplo humanarum vicissitudinum admonitus, benignè & humaniter tractare debuisses, vt Cræsum Cyrus. *Hic*, auditis quæ Cræsus à Solone sibi dicta retulerat, se quoquè hominem esse cognoscens, qui alium hominem, qui se inferior non fuisset opibus, viuum rogo traderet: veritus præterea ob id pœnam, ac reputans, nihil esse rebus humanis stabile: & pyrâ iussit extinguï, & solutum Cræsum iuxta se admodum honorificè collocauit. Septuaginta interpretes in alium sensum verterunt: Satiabatur ignominia de gloria bibe, & commouere: circumdabit te calix dextera Domini. His Noua editio consentit: Satiaberis & tu ignominia magis quàm gloria: bibe & tu vt consopiaris, versabitur super te calix dextera Domini, & ignominiosus vomitus super gloriam tuam. Eodem autem bibere poculo, proverbialiter olim vsurpari consuevit. Plautus in *Cassina*: Vt senex eodem hoc poculo quo bibi biberet. *Estq;* eisdem affici incom-

incommodis, malisq; communibus obnoxium esse. Translatú vel à bibendi certaminibus, vel ab ijs qui metuunt venena. Cecidit Babylon magna, exclamat Angelus in Apocalypsi, Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secundum opera eius, in poculo quo miscuit, miscite illi duplum.

Apoc. 18.
2.6.

Quod verò sequitur: *Et consopire*: communiter ab expositoribus de Nabuchodonosoris amentia declaratur: què Deus belluinam vitam ab hominum societate remotum degere, de communiq; sensu deturbatú meritas pœnas luere, coëgit. At ego, si priuatum aliquod facinus his verbis significat Habacuc, libentiùs de Balsafaris Babylonici regis nece, & de magnifica illa computatione & cõuiuio interpretarer, in quo temulentus præcepit, vt afferrentur vasa aurea & argentea, quæ asportauerat eius auus Nabuchodonosor de templo quod fuit in Hierusalem: vt biberent in eis rex & optimates eius, vxoresq; eius & cõcubinæ. Nã propterea nocte eadē interfectus est Balsafar

Dan. 5. 1.

Dan. 5. 30.

rex

rex Chaldæus: vt testatur Daniel: eiusq; necem Ieremias soporen & somnū sempiternum vocauit. In calore eorum, dicit *Jer. 51. 39.* 57.
 Dominus, ponā potus eorū, & inebriabo eos, vt sopiantur, & dormiant somnū sempiternum, & non confurgant. Hæc sunt: Eousq; in suis conuiuijs incalescēt vino, vt temulenti calices ac potus exposcant, quibus æterno mortis somno consopiantur. Rursusq; eodē capite: Inebriabo principes eius & sapientes eius, & duces eius, & magistratus eius, & fortes eius: & dormient somnū sempiternū, & nō expergiscuntur, ait rex, Dñs exercituū nomē eius. Habacuc verò nō duntaxat aduersus Nabuchodonosor, sed maximè contra Balsa-
 farem eius nepotem vaticinatus est: neq; enim ille, sed iste, regno spoliatus & priuatus est, aut violēta morte cōsopitus interijt. Veruntamē hoc etiā potu generaliter ignominias & calamitates significari, quæ mox sublequūtur, indicare vidētur: Addit enim Vates: *Circundabit te calix dextera Domini, & vomitus ignominia super gloriam tuā.* Prior huius periodi pars, passiue legitur

legitur apud *Hebræos*, vt Noua quoquē vertit editio. Versabitur, inquit, super te calix dexterę *Domini*. Quod ad imū vsque fundum exhauriendum illi esse calicem insinuat. Calix nanquē cū exhauritur, semicirculum super exhaurientem describit. Hispanē dicimus: Empinar o trastornar el vaso. Ididem est igitur apud *Habacuc*: *Circundabit te*, aut, *Circundabitur in te*, vel, *super te*, *Calix dextera Domini*.

Isa. 51. 17. *ni*: quod apud *Isaiam*: Vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad

Eze. 23. 32 fœces. Et apud *Ezechielem*: Calicem sororis tuę bibes profundum & latum: eris in derisum & subsannationem, quę est cā pacissima. Ebrietate & dolore repleberis: calice mœroris & tristitię, calice sororis tuę *Samaritię*. Et bibes illum, & epotabis vsquē ad fœces, & fragmenta eius deuorabis. Magnam ergo copiam atq; vim vindictę & animaduersionis hęc indicant. *Theophylactus* verò ad antiquum computationis morē retulit: quo in symposijs cyathus ad omnes compotores circumferebatur: vt sit *Prophetę* verborum
intelli-

intelligentia: Iam alia regna de calice diuinæ indignationis potarunt, reliquum est, vt tu nouissimus vsque ad fundū exhaurias: siquidem propinationis circulo perfecto, ad te vsquè etiam tandem peruenit. Hoc autem vel inuitus feres: nam *Dextera Dei*, qua nihil potest esse potentius, tibi propinabit. *Huic sententiæ* suffragatur illud *Ieremiæ*: *Et rex Sefach* Jer. 25. 26. bibet post eos, id est, circulum computationis concludet, ac fèces exhauriet. Ergo, *Circundabit te calix dextera Domini.* eundem ipsum morem referre videtur, quem illud apud *Ieremiam* in *Threnis*: *Gaude &* Thre. 4. 21. *lætare filia Edom*, quæ habitas in terra *Hus*: ad te quoquè perueniet calix, inebriaberis, atque nudaberis. *His* confinia canit *Dauid*, cùm ait: *Nolite extollere in* Psal. 74. 6. *altum cornu vestrum: nolite loqui aduersus Deum iniquitatem.* Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neq; à desertis môtibus, subaudi, erit confugium: quoniã *Deus* iudex est. *Hunc* humiliat, & hunc exaltat: quia calix in manu *Domini* vini meri plenus misto. Et inclinavit

uit ex hoc in hoc : veruntamen fex eius
 nõ est exinanita : bibet omnes peccato-
 res terre. Et quoniã hũc Dauidis locũ nul-
 lus adhuc, quos viderim, expositorũ, satis
 perspexisse & explanasse videtur, operæ-
 pretium me fecisse putabo, si obiter, &
 verborũ eius exactam rationẽ, atq; adẽ
 sensum Prophetæ simul ostendero. No-
 tare igitur oportet, pro dictione, *Meri*,
 in Hebræo haberi מֵרִי: quod verbum, Ru-
 bescere, aut turbare significat. Vnde qui-
 dam pro, Vini meri, vini turbidi, aut tur-
 bulenti, reddiderunt. Pagninus trãstulit:
 Vinum rubuit. Huic consonat Vatablus,
 & etiã Campẽsis in paraphrasi Psalmorũ,
 sic inquit: Habet em̃ Deus in manu po-
 culũ, in quo pulchrẽ rubet vinũ, sed cui
 plurimũ est fexis admistũ. Ex hoc porri-
 get mera cũ pijs, fexem verò noxiã exuge-
 re, imò epotare coget impios omnes, quã-
 tumuis degant in terra multi. Hęc Capen-
 sis. Qui tamẽ in textu, Septuaginta inter-
 pretibus suffragatur, qui, Rubens vinũ,
 meracũ esse, intellexerũt: nulla aqua, vi-
 delicet, dilutũ, nulla mistione decolora-
 tum.

tum. Nā vbi Vulgatus interpretvertit, Ple-
 nus misto: Septuaginta pro, Misto, nō vsū
 sunt verbo *μιγχα*, aut, *μισγα*, siue, *κνικα*, quæ
 verba, alijs alia miscere, cōfundere, & cō-
 turbare, significant: Sed posuerūt verbū
κερννα, quod à dictione *κερας*, id est, Cornu,
 deductū, propriè Propinare est, & in cali-
 cem potionē infundere. Diciturq; à Græ-
 cis *κερννυσαι*, quod infūdatur in calice bibi-
 turo, etiā si nō diluatur aqua, aut aliopo-
 tus vel liquoris genere. Vtebātur quippè
 veteres cornu bouis pro poculo, vt Athe-
 næus & interpres Nicādri testātur. Vnde
 factū quidā existimāt, vt nō solūm cornua
 Dionysio finxerit antiquitas, sed etiā Tau-
 rus ipse diceretur. Sed & hinc etiā à qui-
 busdā *κρατηρ*, quasi *κερατηρ*, à dictione etiam
κερας appellari putatur. Neq; verbū Hebrai-
 cum obsistit: nanq; vt annotauit Forerius
 super illud Isaiæ: Væ qui potentes estis ad
 bibendum vinum, & viri fortes ad mis-
 cendam ebrietatem: dicitio *יִסַּף*, infun-
 dere è supernis, vt è vase in vas inferiùs,
 significat. Ex quo ipse vertit: Ad infun-
 dendā sicerā. Habent enim Hebraica pro
 Ebric-

Ebrietatem, כֶּרֶס. Græca verò, pro, *Ad miscendam ebrietatem*, κεκρανυιτης το σικερα, id est, infundentes, aut, propinantes siceram. Siceræ porrò vocabulo Hebræi quicquid inebriare potest intelligunt. Ergo, in Latina vulgata editione adiectivum, *Misto*, vice fungitur substantiui, neque alius cuiusquàm rei aut liquoris confusionem in vinum, sed ipsius vini meri in calicem infusionem significat. Est deniq; verborum series atque sententia: Quia est calix in manu Domini plenus intusione vini meri, id est, optimi ac potentissimi ad inducendum soporem & ebrietatem potanti. Quin & verbum ipsum Latinum, *Miscere*, aliquandò propinare est, potuq; exhibere, siue mera siue diluta potione propinetur. Quale est illud apud *Iuuenalem*: Nescit tot millibus emptus pauperibus miscere puer. Et illud quoque apud alium: Qui raptus ab alite sacra Miscet amatori pocula grata suo. Sunt & alia quamplurima loca in diuina Scriptura, quæ ex eorum, quæ modò diximus, ignorantia aut obliuione, mihi sicè torquent non-

nonnullos expositores. *Huiusmodi est illud Apocalypsis: Hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius. Est enim Græcè pro Mistum, κερκασμενον, verborum autem ordo & sententia sic habet: Hic bibet de vino mero iræ Dei, quod mistum, id est, infusum, est in calice iræ ipsius. In eadem Apocalypsi: In poculo quo miscuit, miscite illi duplum. pro quibus Græca habent: εν τω ποτηρια εν εκερασι κερκαστη αυτη σι. πολυ. Prouerbiorum capite nono, pro, Miscuit vinum: Græcè legitur εκερκασεν οινου. Hebraicè verò הָבַרַב. Eadè sunt verba apud Isaiam, vbi dicitur: Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis. At non sunt eadem apud eundè, vbi legimus: Vinum tuum mistum est aqua. Nam Græcè est μυσγονοι: in Hebræo autem est הָבַרַב à verbo הָבַרַב, quod confundere & pmiscere significat. Hæc omnia quæ diximus, non multum dissonant à nostro Habacuco, qui dum ait: *Circundabit te calix dextera Domini: calicem plenum infusione atque potione vini meri significat, non blandi illius & temperati vini,**

Apoc. 14.

10.

Apoc. 18.

6.

Prou. 9. 2.

Isai. 19. 14.

Isai. 1. 22.

T. quod

quod & corpus reficiat, & animū gaudio atq; iucūditate perfundat: verū meracissimi atq; acerrimi temeti, quod & vires adimat, mentē labefactet atq; perturbet, vini compunctiōnis ac mœroris, quod potantē tandem in somnū æternum conso-piat. Porrò, *Dexteram Dei*, diuinam potētiam appellari, vulgare est.

Quod autē subiungitur. *Et vomitus ignominie super gloriam tuam*: ingentem vini exhaustam copiam, & maximam ebrietatem significat: cuius manifestum signū in sanis aliàs corporib⁹ est vomitus. Hoc enim argumēto turpissimā ebrietatem arguit Isaias, dicens: Oēs em̄ mēsx̄ repletæ sunt vomitu. Aut vomitus nomine illud significat apud Habacuc, quod Dñs inquit per Ieremiam: Visitabo super Bel in Babylone, & ei/ciam quod absorbuerat de ore eius. Possessiuus verò casus, *Ignominie*, adiectiuī nominis locum tenet: nam & rarus adiectiuorum vsus Hebræis est, & frequēs pro adiectiuo genitiuī vsurpatio: vt locus sanctitatis, id est, sanctus: filius iniquitatis, hoc est, iniquus: ita vomitus

Isa. 28. 8.

Ier. 51. 44.

mitus ignominia, id est, turpis vomitus; indecorus, & ignominiosus, quomodo & Pagninus & Noua editio verterunt. Appellatur autem à Vate *Vomitus ignominia*, id est, turpissimus: quoniã est vomitus etiam, qui nõ ex ebrietate, sed ex egritudine euenit. Qualis ille est, quem in accessionũ initijs aliquando contingere, leuandoq; *Hypocrates* morbo vtilissimũ esse docet. Qui quidẽ vomitus ex eo ignominiosus nõ est, q̄ non personę vitio, sed nature morbũ superantis impulsu, aut cedentis imbecillitate proueniat. Is verò qui ex crapula & ebrietate accidit vomitus, hũc turpitudinis & ignominia nota liberare nullus queat: etsi leuãdo corpori, vitandoq; morbo, conducat plurimum. Vnde & à sapiente filio *Sirach* præceptũ hoc medicum reliquis ad cibum & potũ pertinentibus interferitur: Sicoactus fueris in edẽdo multũ, surge è medio, & vome: & refrigerabit te, & nõ adduces corpori tuo infirmitatẽ. Bibes igitur, inquit *Habacuc*, calicẽ punitiõis diuinæ vsq; ad fundũ, bibes vsque ad nauseam, inebriaberis

Ecclesi. 31.
25.

vsque ad vomitū: vnde omnia indumēta tua regia, omnis tua maiestas, decus & amplitudo conspurcabuntur, inquinabuntur, polluentur. Etenim calix dextereꝝ Dñi circumdabitur super te, & vomitus ignominia, id est, poculū ignominia, vsquē ad vomitū, circūdabitur super gloriā tuam. Propinabit tibi Dominus ignominiam vsque ad vomitum: propinabit glorię tuę dedecus & infamiam largissimē, vsque ad nauseam. Prouerbiali quippē figura in diuinis literis, per nauseam aut vomitum ingēs copia significatur, quod apertē satis illud Numerorum ostēdit: vt

Nu. 11. 19. det vobis Dominus carnes, & comedatis: non vno die, nec duobus, vel quinque aut decem, nec viginti quidē: sed vsquē ad mēsem dierum, donec exeat per nares vestras, & vertatur in nauseam.

Quia iniquitas Libani operiet te, & vastitas animalium deterrebit eos de sanguinibus hominis, & iniquitate terra, & ciuitatis, & omnium habitantium in ea.

Liba-

Libanus celeberrimus diuinis scripto-
 ribus ubiq; mons, in Arabia ad Orien-
 tem terræ promissionis ultra Iordanem
 exortus, Galaad vocatur, teste Ieremia, *Ier. 22. 6.*
 qui sic ait: Galaad tu mihi caput Libani.
 Inde ad Aquilonem procurrens, appella-
 tur Hermon, ab inhospitalitate seu vasti-
 tate confecto vocabulo. Est enim 𐤇𐤍
 destruere siue desolare: & 𐤇𐤍 corruptâ
 ac perditam significat rem, quæ nullis sit
 vsibus profutura. Septuaginta & Vulga-
 tus interpres pro hac voce transtulerunt
 Anathema. Abundare porrò atq; rigere
 perpetuis niuibus & frigoribus Libanū,
 illud Ieremiæ abundè demonstrat: Nun-
 quid deficiet de petra agri nix Libani? *Ier. 18. 14.*
 Vnde & eundem nonnulli Sanir nuncu-
 pari arbitrantur, id est, niuosum: quod &
 Chaldæus paraphrastes pro Sanir inter-
 pretatus est. Dicebatur etiam Libanus à
 Sidonijs Sarion: sic enim legimus in Deu-
 teronomio: Tulimusq; illo tempore ter-
 ram de manu duorū regum Amorrihœo-
 rum, qui erant trans Iordanem, à torren-
 te Arnon vsque ad montem Hermō, quē

Sidonij Sarion vocant, & Amorrhæi Sarnit. Hic ad mare Mediterraneum sese ferens, antea in duo cornua diffinditur, quorum alterum Libanus est, qui ad Sidonem vsq; protenditur: Alterum Antilibanus, qui ad Galilææ confinia deflexus, Palæstinam à Phœnicia determinat. Et si enim nonnulli Samariam atq; Galilæam Phœnicis portionem esse voluerunt: at nos quicquid incoluerunt Israëlità Maiona fluuiio vsque ad Libanum, Palæstinæ vocabulo nuncupamus. Diuini scriptores vtrunq; montis cornu Libanū vocāt: at Septuaginta seniores pro Libano, sepè Antilibanum reddiderunt, maximè verò in his locis, in quibus Libanus ab Scriptura terminus terræ promissionis vocatur. Hūc mōtem à mediterraneo mari in Arabiā vsq; protendi, affirmat etiā Strabo. Libanū verò & Hermon eundē esse montē, ostēdit liber Iosue cū ait. Cepit itaq; Iosue omnē terrā mōtanā & meridianā, terrāq; Gessen, & planitiē, & occidentalē plagā, montēq; Israël, & cāpestria eius, & partē mōtis quæ ascēdit Seir vsq; Baalgad, per
pla-

Ios. 11. 17.

planitiem Libani subter montē Hermō. Vbi, meo iudicio, apertissimè significatur, Hermon iugū fuisse aliquod præcellsum Libani. In Cantico canticorū Amanā, Sanir, & Hermō, edita Libani iuga fuisse legimus: ait enim Spōsus: Veni de Libano Spōsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis: de capite Amanā, de vertice Sanir & Hermō, de cubilibus leonū, de montibus pardorū. In Hebræo nanq; pro, De capite, & De vertice, idē est utrobq; vocabulū שִׁנִּיר, id est, caput, vertex, cacumē, deniq; summitas cuiusq; rei. Et siquidem in hunc locū Canticorū incidimus, asperū sanè atq; difficilem, &, vt liberè dicam quod sentio, ob veteris cōsuetudinis ignoratiā aut obliuionē, nulli adhuc nostrorū interpretū iuxta sensum, quē literalē appellant, satis exploratū & cognitū, explanare diligentius adnitā: neque etiā, vt in prouerbio est, extra chorū saltasse reprehendar. Adfert enim non minimum lucis & adiumenti nostro Habacūco: Libaniquē iniquitatē & inclementiam ac vastitatem ob oculos aptissimè representat.

Cant. 4. 8.

Sponsos olim, cùm iam legitimas nuptias celebrarèt, coronis ornari consueuisse, produnt etiam diuinæ literæ. Hoc *Isa. 61. 10.* est enim quod inquit Isaias: Quasi sponsum decoratum corona, & quasi spòsam ornata[m] monilibus suis. Et in eodẽ *Cant. 3. 11.* Cantico canticorũ: Egredimini, inquit Sponsa, & videte filiæ Sion regem Salomonẽ, in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius. Sed & de beata Agnete canit Ecclesia: Induit me Dominus vestimento salutis, & indumento lætitiæ circumdedit me, & tanquàm sponsam decorauit me corona. Lucanus in auspicas Martiæ & Catonis describens nuptias, sic inquit:

*Festa coronato non pendent limine fersa,
Infulaq; in geminos discurrit cãdida postes,
Legitimaquẽ faces, gradibusquẽ accliuis
eburnis.*

*Stat torus, & picto vestes discriminat auro:
Turritaquẽ premens frontem matrona co
rona,*

Tralata vetuit contingere limina planta.

Id est

Id est, non adfuit pronuba, quæ sponsam de more coronaret, limenq; domus calcare prohiberet. Coronabantur igitur Sponsus & Sponsa, facesq; etiam & tedæ præstant, quibus per noctem Sponsa in domum mariti traducebatur, & thura atque aromata cremabantur. Nam & apud Palæstinos, Sponsam noctu in viri domum traduci solitam, parabola illa decem virginum in *Euangelio*, citra ullam dubitationem ostendit. Hinc factum est, quod *Hymenæum*, quem nuptiarum præsidem inuocabant, veteres floribus coronatum, dextraque tenentem faciem, sinistra flammæum, pedibus croceos soccos habentem, pingebant. Vnde *Catullus* canit:

Collis à Heliconij

Cultor, Urania genus,

Qui rapis teneram ad virum

Virginem, à Hymenæe Hymen

Hymen à Hymenæe.

Cinge tempora floribus

Suaue olentis amaraci,

Flammæum cape, latus huc

Huc veni, niueo gerens

Luteum

Luteum pede foccum.

Seneca etiam in *Medea*:

*Et tu, qui facibus legitimis ades,
Noctem discutiens auspice dextra,
Huc incede gradu marcidus ebrio,
Præcingens roseo tempora vinculo.*

Nuptiales porrò corollæ ex diuersis herbis ac floribus, pro regionum diuersitate, connectebantur. In Bœotia vsurpatum fuit, vt sponsam coronarent asparago, apud Græcos sisymbrio. Sed ex myrrha quoquè fuisse contextas, Virgilius diligentissimò antiquitatis obseruator aperitissimè demonstrat in *Ceiri*: vbi Scylla Nisi regis Megarensium filia, nuptias Minois Cretensium regis desperans, sic inquit:

*Nec mihi iam pingui sudabunt tempora
myrrha,*

Pronuba nec castos accendet pinus odores.

In coronamentis nanque, quod Plinius tradit, ea maximè in pretio habebantur, quæ essent pinguiora.

Ergo, vt ad Canticū canticorū veniamus, cōfingit Salomon, Spōsam in extremis finibus Palæstine, in niuosis atq; præruptis

ruptis, ferarumq; plenis Libani cacumibus, pauisse gregē. At Spōsus dū venustissimā illius formā avidissimè contēplatur, dumq; eius pulcherrimas corporis partes laudando singillatim percurrit & enumerat, flagrātissimo illius amore succensus, quasi qui sine eaviuere se posse inficietur, nuptijs necessaria confestim se apparare velle denūtiat: scilicet, vt in domū traducat. Statuit ergo in montē myrrhæ cōscendere, vt corollas nuptiales cōtexat, & in collē thuris, vt aromata colligat concremanda. Vtq; Virgilius à facibus & à nucibus notauit nuptias cū ait:

Mopse nouas incide faces, tibi ducitur vxor:

Sparge marite nuces: tibi deserit Hesperus
Octam.

Sic etiam Sponsus ab adiunctis, dum in montem myrrhæ velle conscendere, dū thuris collē adire profitetur, proculdubio se illā iā in legitimū matrimonium ducere, se illam iam in domum velle traducere, apertissimè manifestat. Ait igitur: Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es: Oculitui columbarum. moxque
singula

Cant. 4. i.

singula membra commendat. Et quasi di-
 cat: Certum est, ampliùs à te non absentia
 sciungi, addidit: Vadam ad montem myr-
 rhæ, vt coronas connectam: & ad collem
 thuris, vt comportē aromata. Tota quip-
 pè pulchra es amica mea, & macula non
 est in te. Porrò, tam venusta coniuge ca-
 rere, ab eaq; abesse lōgiùs, quis ferat? Ve-
 ni, ergo, de Libano Sponsa mea, veni de
 Libano, veni de niuosis atque rigentibus
 Libani verticibus, Amana, Sanir, & Her-
 mon: deferere periculosa cacumina, defer-
 ta hæc & inhospita tesqua, pardis atque
 leonibus, omniq; genere ferarum horri-
 ca. Veni autem, vt coroneris, vtq; mihi in
 posterum iam in legitimum matrimo-
 nium, atque in insolubilem societatem
 iungaris. Hæc omnia postmodum se ap-
 parasse, Sponsus affirmat capite sequen-
 ti, cum ait: Veni in hortum meum soror
 mea Spōsa, messui myrrham meam cum
 aromatibus meis. Verbum enim, Veni,
 præteriti est temporis, vt Hebræus codex
 testatur. Quin & nuptiale conuiuium se
 obsonasse ac præparasse, affirmat Spōsus:
 Comedi,

Comedi, inquit, fauum meum cum melle meo: bibi vinum meum cum lacte meo, id est, præstò sunt atque parata hæc omnia, ut mox comedi atque bibi queant. In divinis enim libris, quæ in procinctu sunt, ut fiant, iam fuisse facta, dici consueverunt. Cuiusmodi est illud in libro Iosue: *Ecce dedi in manus tuas Iericho, & regem eius, omnesque fortes viros. Et illud quoque apud Ieremiam: Dicite, Capta est Babylon, confusus est Bel, victus est Merodach, confusa sunt sculptilia eius, superata sunt idola eorum. Hoc autem ex sequentibus fit manifestum, addit enim: Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi. Meminit porro bis Sponsus mellis, dicens: Comedi fauum meum cum melle meo, quoniam olim ouum & mel initio conuiuij ministrari, in fine verò, secundisque mensis, poma simul & mel rursus dari & apponi consueverunt. Perindeque est dicere: Comedi fauum meum cum melle meo: ac si diceret, Parata sunt omnia à melle usque ad mel, ab ouo usque ad mala. Apponebatur autem initio conuiuij fauus: in fine*

in fine verò mel, bellarijs, pomis, atq; nucibus liniendis. Quod verò addidit: *Bibi vinum meum cum lacte meo: multa hominum genera bibisse lac, Athenęus atq;*
Judic. 4. 19 alij testantur: & Iahel sitienci Sifarę lactis poculum ministrauit. Et Ezechiel sic alloquitur filios Ammō: *Ego tradā te filijs Orientalibus in hæreditatem, & collocabunt caulas suas in te, & ponent in te tentoria sua: ipsi comedēt fruges tuas, & ipsi bibent lac tuū. Paulus Corinthijs lac potum dedisse se, asserit: nō solidum cibum. Verum de Cantici loco satis st: nunc autem ad Habacuc, & ad Libanum redeamus.*

- Fuit igitur, vt dictum est, Libanus, cū propter continuas niues, tum propter ferarum frequētiam, in multis sui partibus in hospitalis. Vnde si verba Habacuc: *Quis iniquitas Libani operiet te:* propriè de ipsomet monte Libano intelligere voluerimus, sensus erit: Vastitas atq; solitudo, & in hospitalitas Libani operiet te. Vt sit illud, quod Dominus Babylo ni minatur per Ieremiam: *Factę sunt (idest fient)*
Ier. 51. 43.

ciui-

ciuitates eius in stuporem, terra inhabitabilis & deserta, terra in qua nullus habitet. Et in alio loco: Habitabunt dracones *Jer. 50. 39.* cum fatuis sicarijs, & inhabitabunt in ea struthiones: & non habitabitur vltra vsque in sempiternum, nec extruetur vsq; in generationem & generationem. Apud *Isa. 24.* Isaiam quoque. Et perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem. Et ponam eam in possessionem ericij, & in paludes aquarum. Cōsentit huic expositioni verbū Hebraicū *בִּזְיוֹן*, pro quo in loco hoc vertit, *Iniquitas*, vulgatus interpretres. Etsi enim inique agere sit: tamen Dissipare quoq; est, & vastare atq; desolare significat. Nam vbi in *Ieremiæ* lamentationibus legimus: Dissipauit quasi hortū tentoriū suū. Hebræa pro dissipauit, legūt *בִּזְיוֹן*. Et in libro *Iob*, vbi dicitur: Ante quā dies eius impleātur, peribit: & manus ei^s (siue, vt Græca ac Chaldaica legūt: Rami eius) arescent. Lædetur quasi vinea, in primo flore bōtri eius. In Hebræo pro, Lædetur, est *בִּזְיוֹן*, id est, vastabitur, demolietur. Septuaginta verterunt: *τρωμεναι*,
come-

comedatur. Significat ergo propriè vastitatem & desolationem ^{deum}: vastitatè, inquam, & solitudinem, per iniuriam aut certè per vim illatà: ex quo p̄ rapina nonnunquàm, & pro iniquitate vsurpatur. Libano porrò vastitatem ac solitudinem quasi per vim afferebant, ipsumq; inhospitalem reddebāt, & niuium perpetuus rigor, & leonum aliarumq; ferarum immanitas. Et forsitan illud Ieremiæ: Galaad tu mihi caput Libani: huic quoquè suffragatur intelligentiæ, estq; illorum verborum sententia: Eris mihi deserta & inhabitabilis, non aliter quàm Galaad, Libani inhospitale cacumen. Hunc enim sensum, & quæ præcedūt & quæ sequuntur Ieremiæ verba persuadent, ait enim: Quòd si non audieritis verba hæc, in me metipso iuravi, dicit Dominus, quia in solitudinem erit domus hæc. Quia hæc dicit Dominus super domum regis Iuda: Galaad tu mihi caput Libani: si non posuero te solitudinem, vrbes inhabitabiles. Loquitur autem Ieremias de præcelso atque inhabitabili iugo mōtis Libani
 Galaad

Ier. 22.6.

3. 2. 177

Galaad: non de læta & amæna illa regione, quæ huic subiecta inhospitali vertici, inter ipsum atque Iordanem patet: quæque sæpe ab Scriptura diuina Galaad, nõ- *Num. 32* nunquam Galaaditis vocatur. In qua *39* extitit & ciuitas Galaad, quæ in sortem cessit filiorum Machir. *Iniquitas*, igitur, idest, desolatio, solitudo, & inhospitalitas Libani continget tibi: utq; in præruptis verticibus Libani, niuium atque rigoris inclementia, leonumque ac pardorum, & ferarum cæterarum immanitas, homines ab habitatione deterrent, sic etiam Persarum ac Medorum sæuitia Chaldæos expellet patria, & à proprijs sedibus deterrebit. Hoc est enim quod sequitur: *Et vastitas animalium deterrebit eos*: Chaldæos, scilicet: ut fiat transitus à secunda persona in tertiam. tropo diuinis vatibus admodum familiari. Septuaginta verterunt: Deterrebit te. Ergo, idem est apud Habacuc: *Et vastitas animalium deterrebit eos*: quod apud Ieremiam: *Leones eiecerunt eum*. *Et* paulò post: *Redemptor eorum fortis*, *Ier. 50. 17.* *Ier. 50. 34.*

Dominus exercituum nomen eius, iudicio defendet causam eorum (Israëlitarum) ut exterreat terram, & commoueat habitatores Babylonis.

At, Pagninus, Noua editio, Vatablus, atq; alij, quoniam in Hebræo idem genus utrobique conseruatur in pronomine ac nomine Animalium: ideo pronomen, *Eos*, vel quod Septuaginta posuerunt, *Te*, ad nomen Animalium retulerunt. Vertit enim Pagninus: Et præda, quam fecerunt animalia, conteret ea. Noua autem editio: Et calamitas iumentorum quæ terruit ea. Vatablus verò: Vastitas ferarum perdet eas. Volunt porrò hæc esse verborum sententiam: feras eodem modo perire quo viuunt, & quæ præda viuunt, tandem prædam venatoribus fieri. Namque solent homines ferarum damnis offensi congregari, saltusq; & syluas circundare, ipsasq; feras excitas & agitas capere ac perdere. His ergo verbis: *Et vastitas animalium deterrebit eos*: vel ut ipsi verterunt, *Ea*: diuinæ sententiæ causam, & damnationis rationem assignari arbitrantur.

Præ-

Prædixerat Babylonici regis atque regni
 punitionem Deus apud Habacuc: nunc
 causam atque rationem subiungit: effre-
 natam videlicet violētiam, qua in omnes
 homines, maximè verò in Iudæorum ci-
 uitates & gentem, crudeliter debacchati
 sunt. Vnde Propheta sese explicans, è ve-
 stigio subiiciat: *De sanguinibus hominis,*
& iniquitate terræ, & ciuitatis, & omnium
habitantium in ea. Idest, vt Hieronymi ver-
 bis dicam: Quia vastasti Iudā, subuertisti
 terram promissionis, & ciuitatem Ieru-
 salem, omnesq; habitatores eius. Quod
 etiam in superioribus explicatiùs intule-
 rat Habacuc, dicens: *Quia tu expoliasti* *Habac. 2. 8*
gentes multas, spoliabunt te omnes qui
reliqui fuerint de populis, propter sangui-
nem hominis, & iniquitatem terræ, ciui-
tatis, & omnium habitantium in ea. Ex
 quibus verbis apparet manifestè, idem
 esse: *De sanguinibus hominis:* &, Propter
 sanguinem hominis. Sed apertiùs adhuc
 constat ex Hebræo, vbi in vtroque loco
 habetur, *וְיָגֵן* idest, Propter sanguinem.
 Immò omnia verba sunt eadem vtrobiq;
 V 2 apud

apud Hebræos, quanuis Latinus hîc, *De sanguinibus*, in plurali: illîc in singulari, Propter sanguinem: hîc, in ablatiuo, Et iniquitate terre, & ciuitatis: illîc in accusatiuo ac sine cõiunctione, dixerit, *Et iniquitatē terrę ciuitatis*. Hebręa verò vtrobique eademmet sunt, habentq; vtrobique in hunc modū: קָרַחְ אֶרֶץ וְחַסְדֵי אָדָם וְכָל יִשְׁבֵי בָהּ: . Hęc sunt ad verbum: Propter sanguinem hominis & iniquitatem terre, ciuitatis & omnium habitantium in ea.

Chaldeus paraphrastes, Hieronymus, Lyranus, atq; Dionysius, superiora quoque illa: *Quia iniquitas Libani operiet te: per tropum*, de Ierosolymitano templo dici arbitrantur, quibus & Pagninus assentire videtur, vertit enim: *Quia rapina quã fecisti in Lebanon operiet te, & præda quam fecerunt animalia conteret ea, propter sanguinem hominum, & rapinam terre, & ciuitatis, & omnium habitantium in ea*. Ideò autem Templum Libanum appellari censuerunt; quoniam de lignis Libani constructum fuerit,

quę

quæ *Hiram* rex Tyri præbuit Salomoni. 3. Re. 5. 10.
 Nam & *Libani* nomine templum signifi-
 ficari in plurimis diuinæ Scripturæ locis
 decernunt: vt apud Zachariam capite vn
 decimo: *Aperi Libane portas tuas: vbi* Zach. 11. 1.
Chaldæus vice *Libani*, *Domum sanctua-*
rij substituit. Ergo, Hieronymus sic expli-
 cat: *Quia iniquitas Libani operiet te: Super-*
perbia tua & euersio tēpli, & rapina san-
ctuarij, te depopulabitur atque vastabit.
 Et quia semel nominauerat montem *Li-*
banum, sub eiusdem translatione victi-
 mas & sacrificia, vel certè multitudinem
 populorum, quæ interfecta est in Ierusa-
 lem, animalibus vel bestijs comparat, di-
 cens: *Et vastitas animalium opprimet te.*
Hoc autem omne patieris, quia vastasti
Iudam, subuertisti terram repromissio-
nis, & ciuitatem Ierusalem, omnesq; ha-
bitatores eius. Hieronymus hucusquē.
 At mihi non succurrit locus in tota diui-
 Scriptura, qui nomine *Libani*, *Sanctua-*
rium aut templum adigat interpretari:
 cū tamen manifesta loca sint, quæ per
Libanum Ierusalem intelligi & subindi-
11200
V 3 cari

.01. 28. & cari declarent. Fortasse propter ædificio-
 rum ac turrium multitudinem ac celsitu-
 dinem: de quibus dicitur in Psalmis: Cir-
 cundate Sion, & cõplectimini eam: nar-
 rate in turribus eius. Pohite corda vestra
 in virtute eius, & distribuite domos eius:
 ut enarretis in progenie altera. Ezechiel
 quidẽ parabolã Aquilæ grãdis, magnarũ
 alarum, longo mēbrorum ductu, plenæ
 plumis & varietate, venientisq; ad Liba-
 num, & auferentis medulã cedri: de rege
 Babylonis exponit, inuadētis Ierusalem.
 Cæterum Babylonẽ euersam atq; desola-
 ram fuisse in vltionẽ tẽpli ac ciuitatis Ieru-
 salẽ, totiusq; terræ pmissiõis, à Chaldæis
 vastatæ ac destructæ, plurimis Scriptura-
 rum testimonijs superius à nobis proba-
 tum est: Porrò, *Propter iniquitatem terræ,*
 dixit, id est, propter vastitatem & desola-
 tionem terræ sanctæ, & ciuitatis sanctæ.
 Est enim idem vocabulum *עָרָב* quod præ-
 cesserat, cum dixit: Iniquitas Libani ope-
 riet te. Vnde poterit esse sensus: Quia va-
 stasti ac desolasti terram pmissiõis, &
 ciuitatem Ierusalem: vastitas ac solitudo
 itaq; & V. Libani

Libani opprimet te, & eueniet tibi: Aut, si mauis: Rapina & desolatio templi ex lignis Libani ædificati, & destructio ciuitatis Ierusalem, ad modum Libani populosæ & excelsæ, operiet atque opprimet te: propter sanguinem hominum quem fudisti, & propter rapinam ac delationem terræ, ciuitatis & omnium habitantium in ea.

*Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor
 suus costatile & imaginem falsam: quia sperant
 in firmamento fictoris eius, ut faceret simula-
 chra muta. Væ qui dicit ligno, Expergiscere:
 Surge, lapidi tacenti. Numquid ipse docere po-
 terit? Ecce iste coopertus est auro & argento:
 & omnis spiritus non est in visceribus eius.
 Dominus autem in templo sancto suo: sileat
 a facie eius omnis terra.*

Mlatus fuerat Dominus regi Baby-
 lonis, multis calamitatibus oppri-
 mendum fore. Repente confurgent, dixe-
 rat, qui mordeant te, & suscitabuntur la-
 cerantes te, & eris eis in rapinam. Labo-
 rabunt populi in multo igne, & gentes in
 vacuū deficient. Replebitur terra quasi

Habac. 2. 7

13. 14. 16.

17.

aquæ operiētes mare, vt cognoscant glo-
 riam Domini. Bibes tu quoquē, & conso-
 pieris: circumdabit te calix dexteræ Do-
 mini. Iniquitas Libani operiet te, & vaili-
 tas animalium deterrebit eos. Neq; tibi
 quidquā (subinfert) prodesse poterūt scul-
 ptilia, nihil tua te iuuabunt idola, non te
 ab imminentibus calamitatibus vindi-
 cabunt: vtpotè quæ nihil, præter muta,
 vitæque & sensus expertia simulachra,
 sint hominum manibus & artificio com-
 pacta: proque libito fictoris sui, falso deo-
 rum nomine & repræsentatione insigni-
 ta: quæque in alienis, alienaq; opera ma-
 nufactis ædibus ac templis, sudibus, cu-
 neis & clavis, alijsq; permultis huiusmo-
 di fulcimentis affixa, hospitentur. Cum
 tamen hæc ipsa, quæ superius prænutia-
 ta sunt, mala, ab ipso essendi fonte Iehoua
 irroganda inferendaq; sint: idque etiam
 in suo proprio templo, mundana hac, sci-
 licet, ac propria domo, ab ipso de nihilo
 ædificata & constructa: in qua proprium
 dñm pollere plurimum, reliquisq; omni-
 bus præualere, consentaneum est. Ergo,
 ididem

ididem mihi sonat *Habacuc*, quod *Moy-*
ses in *Deuteronomio*, vbi ait: & dicet, *Deu. 32.37*
 nempè *Deus*: Vbi sunt dii eorum, in qui-
 bus habebant fiduciam? De quorum vi-
 ctimis comedebant adipēs, & bibebant
 vinum libaminum: surgant & opitulen-
 tur vobis, & in necessitate vos protegāt.
 Videte quòd ego sim solus, & nō sit alius
Deus prāter me: ego occidam, & ego vi-
 uere faciam, percutiam, & ego sanabo: &
 non est qui de manu mea possit eruere.

Figurata verò interrogatione vtitur
Habacuc: quæ, vt *Fabius* docet, non scisci-
 tandi gratia assumitur, sed instandi. Quā-
 to enim magis ardet: *Quid prodest sculpti-*
le: quā si diceretur simpliciter: Nihil pro-
 ficiet sculptile. Ostendimus enim dum
 percontamur aduersum, ea quæ dicimus,
 negari non posse, & veritatem, quā astrui-
 mus, vel aduersario ipso iudice, euinēti
 posse monstramus. Quid igitur te iuuare
 queat idolum? inquit *Vates*: siue sculpti-
 le illud siue conflatile sit: quod vtique, to-
 tum quod est, secundum hoc nomē quo
 appellatur, id ab homine est: quin ab ho-
 mine,

mine, non naturali, cœu proles, sed artificiali causa productum: artificiali porrò opera inferiorẽ se rem homò profert. Hieronymus *Sculptile* ad marmora & lapides: *Constatile* ad metalla refertur autumat, Babylonios aut ex his & ex illis idolorum simulachra cõfigurasse, docet Ieremias apud Baruch, dicens: Nũc autẽ v̄debitis in Babylonia deos aureos & argenteos, & lapideos & ligneos in humeris portari, ostetates metũ gentibus. *Imaginẽ falsam* appellat idolũ, quia nulla ei subest secundum nomẽ quod habet, veritas: nã et si Deus nominetur, falsò tamẽ illi hoc est inditũ vocabulũ. Deniq; quoniã, v̄test apud Baruch, nihil aliud sunt simulachra, nisi id quod volũt esse sacerdotes: vel, vt legitur apud Græcos, artifices τεχνιται. Hi pro arbitrio idola, aut Iouem, aut Martẽ, aut Belum, aut Dagonem appellat: cũ reuera neq; Iupiter, neq; Mars, neq; Belus, neq; Dagõ existat. Quod & ipsi etiã, qui inter gẽtes & ethnicos ipsos sapientes habitũ sunt, & intelligũt atq; fatentur: elegãterque Horatius huiusmodi v̄saniã in *ip̄i* det,

Bar. 6.3.

Bar. 6.45.

det, dum Priapum ipsum loquentem in hunc modum inducit:

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum:

Cum faber incertus sc̄anū faceret ne Priapū

Maluit esse deū. deus inde ego, furū autiumq̄

Maxima formido:

Irridet etiā elegantissimè Isaias, sic dicens: *Isa. 44. 2.*

Plastæ idoli nihil sunt, & amantissima eorum non proderunt eis. Ipsi sunt

testes eorū, quia nō vidēt neq; intelligūt,

vt confundantur. Quis formauit deum,

& sculptile conflauit ad nihil vtile? Ecce,

omnes participes eius confundentur: fabri enim sunt ex hominibus: conuenient

omnes, stabunt & pauebunt, & confundentur simul. Faber ferrarius lima opera-

tus est, in prunis & in malleis formauit il-

lud, & operatus est in brachio fortitudi-

nis suæ: esuriet & deficiet, & non bibet a-

quam, & lassescet. Artifex lignarius extē-

dit normā, formauit illud in rúcina: fecit

illud in angularibus, & in circino tor-

nauit illud: & fecit imaginem viri, quasi

speciosum hominem habitantē in domo:

Succidit cedros, tulit ilicem, & quercum,

quæ

quæ steterat inter ligna saltus: plantaui
pinum, quam pluvia nutriuit. Et facta est
hominibus in focum: sumpsit ex eis, & ca-
lefactus est: & succendit & coxit panes:
de reliquo autem operatus est Deum, &
adorauit: fecit sculptile, & curuatus est
ante illud. Medium eius combussit igni,
& de medio eius carnes comedit: coxit
pulmētum, & saturatus est, & calefactus
est, & dixit: Vah, calefactus sum, vidi fo-
cum. Reliquum autem eius Deum fecit
& sculptile sibi, curuatur ante illud, &
adorat illud, & obsecrat, dicens: Libera
me, quia Deus meus es tu: Nescierunt,
neque intellexerūt: obliti enim sunt, ne
videant oculi eorum, & ne intelligant
corde suo. Non recogitant in mente sua,
neque cognoscunt, neque sentiunt, vt di-
cant: Medietatem eius combussi igni, &
coxi super carbones eius panes: coxi car-
nes & comedi, & de reliquo eius idolum
faciam? ante truncum ligni procidam?
Parseius cinis est: cor insipiens adorauit
illud, & non liberabit animam suā, neq;
dicet: Fortè mendaciū est in dextera mea.

Hactenus

Hactenus verba Iſaiæ, quæ, quoniam cõmentarij loco eſſe poterunt verbis ſequẽtibus Habacuc, prolixius aliquatũ in-
tulimus.

Ergo, aduerſus denunciata pericula nihil tibi proderunt ſimulachra: cùm ſculptile vel conflatile ſint, & mendax imago cuiuſpiam hominis aut animantis.

Quia ſperauit in figmento fictor eius, vt faceret ſimulachra muta, id eſt, quia eõ amentia peruenit artifex, vt ſperaret, ſe à ligno ſeu marmore vel metallo poſſe iuuari ac protegi, ſi ea in hominis alicuius aut animantis muta ſimulachra conformaret.

Horum miſer implorat auxilium: *Dicit ligno, Expergiſcere: vt opem feras: Surge, lapidi tacenti: vt præbeas conſilium,* aut de dubijs quæſtionibus certa reſponſa.

Cùm tamen mutum ſimulachrum ſit, neque ſupplicem docere queat. Lingua etenim idolorum, vt inquit Ieremias, po-
lita à fabro, ipſa etiam inaurata & inargentata falſa ſunt, & non poſſunt loqui. *Muta porrò eſſe, nec loqui poſſe, dicuntur idola, nõ quòd aliquãdo loquuta*

non

Bar. 6. 7.

non sint. vt quidam in hoc loco interpre-
 tantur. Narrat enim Maximus Valerius,
 Captis à Furio Camillo Veijs, milites, iuf-
 fu imperatoris, simulachrú Iunonis Mo-
 netæ in urbem translaturus, fede sua mo-
 uere voluisse: quorum ab vno per iocum
 interrogata dea, an Romam migrare vel-
 let: velle se respondisse. Qua voce audi-
 ta, Iulus in admirationem versus est. Iaq;
 non simulachrum, inquit Valerius, sed
 ipsam cœlo Iunonem petitam, portare
 se credentes, læti in ea parte Auentini mō-
 tis, in qua nunc templum eius cernimus,
 collocauerunt. Fortunæ etiam simula-
 chrum (addit Maximus) quod est in Lati-
 na via ad quartum milliarium, eo tempo-
 re cum æde sua cōsecratum, quo Corio-
 lanum ab excidio vrbs maternæ preces
 repulerunt, non semel sed bis loquutum
 constitit: priùs his verbis: Ritè me matro-
 næ vidistis, riteq; dedicastis. Muta igitur
 dicuntur idola, quòd suo pte ingenio ac
 natura muta sint, quòdque *Omnis spiritus
 non est in visceribus eorum.* Id est, Nulla
 anima naturali, aut sensibili, aut rationa-
 li

li vegetantur & informantur, nullo ducto spiritu respirant: Cùm formam quidē idoli potuerit artifex ad hominis aut animantis cuiuspiam imaginem configurare: at animam & anhelitum, quibus spirant ac vegetantur artus, dare vllō pacto nequiverit. Quòd autem idola loquuta fuisse legimus, non vtiq̄ue ligna ipsa, siue marmora, aut metalla loquuta sunt: verùm eis cacodæmones affidentes, qui quidem assidere simulachris possunt, intrinsecus verò animare & viuificare non possunt. In Hebræo pro, *Spiritus*, est קַיִר. quæ vox, vt superiùs annotatum est, & spiritum & ventum significat. Vnde in hoc loco Spiritum, vel pro vento accipere possumus: quòd nihil spiret in idolis: vel pro anima, quòd simulachra in animãtia sint. Quòd enim Spiritus accipiatur pro anima, manifestè demonstrat nostri Saluatoris oratio: Pater in manus tuas cõmendo spiritum meum. Quod si quis Spiritum in hoc loco ad Deum ipsum vellet referre, huic Ieremias suffragari videretur, cùm ait: Non sunt dij, sed operã manuum

Luc. 23. 46

Bar. 6. 30.

- nuum hominum:& nullum Dei opus cū
 illis. Porrò autem, *Omnis non*, Hebraica
Leuit. 3. 17 dialecto, pro Nullo vsurpatur. vt in Leui
 tico, vbi legimus: Nec sanguinem nec
 adipem omninò comedetis: Hebræa ha-
 bent, Omnem adipem & omnem sangui-
 nem non comedetis. Et in legibus de die-
Leu. 23. 3. rum obseruatione frequenter repetitur:
 Omne opus non facietis. His confine est
Gen. 4. 15. & illud: Posuit Dominus in Cain signū,
 vt non interficeret eum omnis qui inue-
 nisset eum.
- . r. Dominus autem in templo sancto suo: si-
 leat à facie eius omnis terra.* Pro dictione
 Hebraica אֲדֹנָי, interpretes Dominū red-
 diderunt: quoniam in nulla lingua, vt di-
 xit Baruchias, illi parem dictionem inue-
 nirent. Vel Hebræos imitati sunt, qui nō
 audentes pronuntiare nomen Iehoua,
 vbicunq̃ue illud scriptum offendissent,
87. 15. loco eius legebant Adonai, id est, Domi-
 nus, aut, Domini mei, in plurali, quando
 scribitur eisdem literis, quibus pronun-
 tiatur אֲדֹנָי. Nam & vulgatus interpret
Exo. 6. 3. Exodi capite sexto, pro Iehoua, supposuit
 אֲדֹנָי Adonai,

Adonai, transferens: Et nomen meum Adonai non indicaui eis. Cum tamen in Hebræo sit: Et nomen meum Iehoua non indicaui eis. In omnibus alijs diuinæ Scripturæ locis constanter editio vulgata vertit Dominum pro Iehoua. Hoc nomen non pronuntiabatur à Iudæis, nisi tantummodò in Sanctuario, in die ieiunij sanctificationis: vt tradit Rabbi Moyse Ægyptius: tuncq; etiam à solo summo sacerdote, cùm populo benediceret. Ineffabile quippè esse nomen Iehoua, affirmabant Hebræi. Non quòd iuxta vocè ipsam proferri nequeat יהוה: quandoquidem à summo pontifice pronuntiabatur, & æquè vt scriptum est, facile potest proferri, si literæ ipsæ cum apicibus ac punctis legantur: sonat etenim Iehoua. Sed ideo ineffabile dicitur, quia cùm omnia alia Dei nomina ab effectibus deriuata sint, æquiuocè que, vt aiunt, significant, & ad creaturas referantur: at sacrosanctum Dei nomen tetragrammaton, יהוה, Iehoua (cui vel ipsis Hebræis testibus, deriuatio nota nescitur;

X neque

neque ipsum cum alio participat) vni tantum Dei essentiae atque substantiae significandae, confabricatum est, ita quod nulla creatura cum illo in significatione communicat. Nomen verò Dei יהוה *El*, quod Septuaginta θεω , idest, Deum, Aquila ισχυροϋ , idest, Fortem: Vulgatus nonnunquam Deum, nonnunquam Fortem, interpretati sunt: Et יהוה , quod nos Excelsum dicimus. Et יהוה , quod Aquila vertit, αλιμου , nos Robustum & sufficientem ad omnia perpetranda accipere possumus: aliaque his similia Dei nomina: per collationem utique ad creaturas concinnata sunt, illisque ex parte aliquando tribuntur. Sunt enim, ut inquit Paulus, qui dicantur dij, siue in caelo siue in terra: siquidem sunt dij multi, & domini multi. Quia, ergo, Deus trinus & vnus, qui omnino ineffabilis est & incōprehensibilis, per hoc nomen יהוה significatur: ideirò nomen ipsum ανεκφωητου , idest, ineffabile esse dixerunt. Quo ad mysterij igitur significatum, non quoad vocem, ineffabile est: ita nanque diuinam essentiam per semet

1. Cor. 8. 5.

existentem significat, vt cum simplicissima ipsius vnitace, & diuinarum personarum trinitatem, & æternam earum distinctionem, originem, productionemq; insinuare dicatur. Sed quorsum hæc annotauerimus, tempestiuum est videamus.

Dixerat in superioribus Habacuc, plurima mala imminere Chaldæis à Domino exercituum: pro quo *Hebræa* habent: A Iehoua sabaoth. plurimaque etiam è vestigio recensuit, varijsque illa figuris & allegorijs, multis parabolis & comparationibus amplificauit. Negauerat deinde, Chaldæos ab his malis idola vindicare posse & eruere: quoniam hominū manibus sculpta aut conflata, nihil sint præter mutum atq; insensibile lignū, vel marmor, siue metallum. His nunc quasi per contentionem opponit Iehoua, qui non ab alio essentiam assequutus sit, neq; in tēplis habitat manu factis: verum in se & apud se fuit ab æterno: & in se & apud se nūc est: & in se & apud se erit in æternū. Templumque habet diuinam suammet

essentiam & sanctitatem: neque enim corporum more in loco est, neque vllis locorum spatijs immensa illa supremi Spiritus maiestas aut concluditur, aut continetur, aut immanet. Huic expositioni fauent *Hebræa*, quæ pro: *In templo sancto suo*: habent, בְּהֵיכַל קֹדֶשׁ, Idest, In templo sanctitatis suæ. Eadem verba sunt *Hebræis* in Psalmo nobis decimo; vbi legimus: Dominus in templo sancto suo: Dominus in cœlo sedes eius.

Psal. 10. 4.

Qui etiam locus facilè in hanc sententiam induci posset, vt sit Psalmsi sensus ac mens: *Habitat quidem Deus*, aut, quod habent *Hebræa*, *Iehoua*, augustissimum templū sanctitatis suæ, ab omni mundana cōiunctione secretum & liberum: assidet porrò nihilominus eminenti cælorum speculæ, vnde cuncta mortalium facta eminus contemplatur ac prospicit. Inde q̄; oculi eius in pauperem respiciunt: & palpebræ eius interrogant filios hominum. Idest, probè norunt atque discernunt: quasi diligentem priùs de eis adhibuisset inquisitionem & examinationem.

— n. 312

Ergò,

Ergo, *Sileat à facie eius omnis terra.* Silere reuerentiæ est indicium: vnde dicebat Abraham: Loquar ad Dominum meum, *Gen. 18. 27* cum sim puluis & cinis. Est etiam & indicium timoris, vnde est illud: Nullus cõtra filios Isrâel mutire ausus est. *Terra* au- *Ios. 10. 21.* tẽ nomĩne, orbis terræ habitatores significantur, vt in Psalmis quoque: Omnis terra adoret te & psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo. Taceat ergo à facie Dei omnis terra: omnes homines tam incomprehensibilem, æternum, ac per semet existentem Deum, præsentemq; vbiq; reuereantur & expauescant, neque ququam se illi opponere audeat: nullus contra eum, non obloqui tantum, sed ne mutire quidem præsumat, nemo illius imperium, potentiam, minasq; vel idolorum fretus præsidio, vel proprijs viribus ac potestate munitus, aut alio quouis vindice & assertore suffultus, euadere atque deuitare confidat.

Respondit hucusq; Dominus Habacuco: dumq; prolixè Chaldæorũ peccata recenset, ac criminatur, dum merita

illis comminatur supplicia: ostēdit sanè,
 non ideò populum suum, gentem vide-
 licet Iudæorum, Chaldæis in seruitium
 & captiuitatem tradidisse, quòd hi illis es-
 sent iustiores: quòd ve impijssimã Chal-
 dæorum rempublicam, Babyloniumque
 regem, aut imperio vellet augere, aut il-
 lustrare victorijs, aut denique gloria &
 honore decorare. Cæterum quid de Israë-
 litarum populo ac familia Dominus sta-
 tuisset, quæque illos post captiuitatem ma-
 neret conditio, perdendi ne postmodum
 simul cum Babylonijs vastandique essent,
 an non: an verò seruitute atque captiui-
 tate soluti, in patriam aliquando essent re-
 dituri: Dominus hætenus Prophetæ nõ-
 dum aperuit. Vnde Vates nihil certi læ-
 tiq; audiens, quod posset respondere ad
 arguentem & increpantem se: immoue-
 ro ex ipso Dei responso sollicitior de salu-
 te suorum effectus, illum sequenti.

oratione interpel-
 lat.

Hab. 2. 1.

H A B A C V C

CAPVT III.

Oratio Habacuc pro ignorantijs.

ONSTERNATVS
 ac conterritus Habacuc
 tantis Iudæorum atque
 Chaldæorú præuisis stra-
 gibus: incertusq; hucus-
 que diuinæ sententiæ, i-
 gnarus etiamnum quem res Hebræorum
 habituræ sint exitum, de suorum salute
 sollicitus & anxius, hætenùs in oratio-
 ne persistit. Præcatur autem Deum ante
 alia, ne quæ de statu Israëlitarum decre-
 uerit, cum celet amplius: sed eorum, quæ
 illis ad extremum euentura sint, omnem
 ab ipso ignorantiam depellat. Orat præ-
 terea, vt in medio tam infelicitium an-
 norum, populum, quem Deus ipse sibi-
 met peculiariter asciuit & conformauit,
 incolumem seruet ac tueatur: neque il-
 lum in captiuitate detentum, cladibus
 & ruinæ Chaldæos oppressuris inuoluat.

Memorem deniq; esse precatur antiquæ illius misericordiæ & benignitatis, quibus olim in mari rubro, in eremo, in terra deniq; promissionis veteres patres prosequutus est. *Hæc sigillatim quoq; enumerat Vates: vt quæ quasi iure suo postulat, certius & efficacius exoret.*

Aperitur demū pulsanti Prophetæ, inuenit quærens, & accipit petens: neq; iusti assidua frustratur oratio: audit deniq; (& audiens, præ lætitiâ ferè dirumpitur) hunc finem manere Iudæos atque Chaldæos: quòd hi funditus perdendi vastandiq; sint, quò illi captiuitate soluti, honorati & alacres, Deoq; victori ac vindici pœana canentes, in optatam tandem patriam, & in sedes pristinas reuertantur. Inquit igitur Habacuc:

*Domine audiui auditionem tuam,
& timui.*

Iere. 29. 7. **D**Ixerat Dominus per Ieremiã omni transmigrationi, quam transtulerat de Ierusalem in Babylonem: *Quærite pacem*

cem ciuitatis, ad quam transmigrare vos feci: & orate pro ea ad Dominum: quia in pace illius erit pax vobis. Huius diuini consilij haud ignarus Habacuc, audiens quanta mala Deus Babylonijs inferre de creuerit, timet, ne simul cum Chaldæorū populo, Iudæorum populus deleatur.

Auditionem verò, siue Auditum, vt vulgatus vertit apud Abdiam & Ieremiam prophetas, nuntium illum aut narrationem significat, quam in capitulis præcedentibus, cū de Iudæorum captiuitate & exilio, tum de Chaldæorum vastitate & excidio perceperat Vates. Nam & Isaię capite trigesimo septimo, vbi editio vulgata habet: Ecce ego dabo ei spiritum, & audiet nuntium, & reuertetur in terram suam. in Hebræo, pro Nuntium, idem est verbum quod apud Habacuc, videlicet, נַחֲמִי. Vnde, ibi quoque Pagninus vertit: Ecce ego do in eo spiritum, & audiat auditum. Aristoteles librum illum, in quo de ijs rebus disputat, quę naturalibus communiter insunt, quę naturalia sunt:

περὶ φυσικῆς ἀκροατικῆς, hoc est, de physica au-

X 5 ditione,

Abd. i. i.
Jer. 49. 14.

Isa. 37. 7.

ditione, nuncupauit. Et librum, quem de admirandis naturæ secretis composuit, de mirabilibus auditionibus inscripsit. Ergò, *Auditio* apud diuinos vates, nuntium siue narrationem significat: quod vel illud *Isaiæ* satis ostendit: Quis credidit auditui nostro? siue, auditioni nostræ? Idest, Quotus quisque est, qui nobis sit crediturus, annuntiantibus de Christo talia, qualia sunt quæ præcesserunt & quæ sequuntur? Vel, Quis fidem habebit ijs, quæ reuelante & annuntiante nobis prophetis & apostolis Spiritu Dei, nos alijs prædicaturi delegamur?

I. IOAN. I. 2.

Vt sit illud *Ioannis*: Quod vidimus & audiui, annuntiamus vobis. Incertum porrò est, auribus ne mentis tantùm hæc hauserit Vates, an per ministrum Dei spiritum externa colloquutione perceperit. Itaque, Domine, inquit Propheta, ijs quæ de Iudeorum oppressione & captiuitate ab initio sermonis edixeras,

Hab. I. 12.

non vehemèter sollicitus factus sum, ne dum illos atrocissimis hostibus puniendos atq; diripiendos contraderes, omnes pariter

pariter moreremur. Quin potius bonam de illorum statu ac salute ex hoc ipso conceperam spem: intelligens, pro solita tua in Iudæos bonitate & beneficentia, non eos in mortem, extremamq; perniciem, verum in correptionem & emendationem Chaldæis, tanquam tuæ maiestatis lictoribus, flagellandos atque verberandos tradidisse. Illa porrò certum iam nunc Iudæorum exitium timere suadent, quæ de ipsorum Chaldæorum excidio & internecone ad extremum audiui. Cùm cōsequens ac verosimile sit, Iudæos apud Babylonem commorantes, miseroq; seruitio Chaldæorum addictos, illorum calamitatibus inuoluendos, illorum ruinis opprimendos fore. Maximè verò, cùm tu ipse prædixeris, è Chaldæorum pace & quiete pacem & quietem pendere Iudæorum: eiusdemque perinde fortis.

Ier. 29. 7.

cum illis fore participes, testari videaris.

J Domine

*Domine opus tuum in medio annorum
vinifica illud: in medio annorum notum
facies, cum iratus fueris, misericordia re-
cordaberis.*

OPVS DEI vocat Israëlem, in qua
gente præ ceteris ornanda atque illu-
stranda, multum operę, vt ita dicamus,
multum sumptus posuerat Deus. Neque
enim communibus tantum omnium na-
tionum beneficijs eam prosequutus fue-
rat, sed assumens ac seligens in peculium
sibi de cunctis populis, segregansq; in gē-
tem sanctam & regnum sacerdotale, vt
dicitur in Exodo, portans denique super
alas aquilarum: singulari illos studio sem-
per fouerat, honore & facultatibus auxe-
rat. Hac eadē appellatione, Operis vide-
licet sui, Deus ipse apud Isaiam Israelitas
dignatus est, ait enim: *Hęc dicit Domi-
nus ad domum Iacob, qui redemit Abra-
ham: Nō modò confundetur Iacob, nec
modò vultus eius erubescet: sed cū vi-
derit filios suos, opera manuum mearū,
in medio sui sanctificantes nomē meum.*

Et

Et in alio loco: *Hęc dicit Dominus sanctus Israël* *plastes eius: Ventura interro-* *gate me, super filios meos, & super opus* *manuum mearum mandate mihi. Neq;* *enim populus Iudeorum iuxta cum alijs* *omnibus nationibus fuerat tantummo-* *dò Dei figmentum: si de alijs quoque na-* *tionibus illud interpretari quis vellet: Et* *nunc Domine pater noster es tu, nos ve-* *rò lutum: & fictor noster tu, & opera ma-* *nuum tuarum omnes nos: Sed fuit singu-* *lariter Dei edificatio & agricultura.* *Hincque etiam Opus Dei Israël em vo-* *cari, subindicat Isaias dicens: Populus au-* *tem tuus omnes iusti, in perpetuum he-* *reditabunt terram, germen plantationis* *meę, opus manus meę ad glorificadum.* *Que enim, obsecro, frequentior in tota* *Scriptura metaphora, quam ea, que popu-* *lum Iudeorum Dei vineam & plantatio-* *ne appellat? Fuerunt quidem & relique* *gentes per creationem factura Dei: fue-* *runt tamen veluti syluestres labruscę, er-* *raticęq; vites & infructuosę: asperę &* *horridę atque inordinatę dispersę. At* *populus*

- populus Israël fuit quasi vinea ex selectis
 à Deo furculis & plâtis depacta in cornu
 filio olei, idest, in môtoſa Palæſtinæ terra,
 fluente lac & mel, & præcipua terrarum
 omnium, quam Deus ſemper inuiſit, &
 oculi illius in ea ſunt à principio anni vſ-
 que ad finem eius. Hanc vineam ſepiuit
 Dominus, & lapides elegit ex illa, & plan-
 tauit eam electam, & ædificauit turrim in
 medio eius, & torcular extruxit in ea. vt
 canit Iſaias. Non ergo immeritò populū
 Israël, Dei opus vocauit Habacuc, præ cæ-
 teris omnibus nationibus, tot ac tâtis be-
 neficijs affectum, tanto ſtudio & arte ac-
 curate elaboratum & ex cultū: vt iure ac
 dignè huic vni ex cunctis populis, quos
 operatus eſt, ſuū ſtigma, in moré artificū,
 Deus impreſſiſſe videat ad gloriādū. vt po-
 tè ex quo egreſſura erat pulcherrima illa
 virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius
 erat aſcendurus, dominus proculdubio Ie-
 ſus Chriſtus, germen Dauid iuſtū, qui re-
 gnaret & ſapiens eſſet, & faceret iudiciū
 & iuſtitiā in terra. Etenim, ppter hūc vnū,
 vinea Domini exercitū facta eſt domus
 Israël,

Israël, & viri Iuda, germē eius delectabile.

Viuificare, autem, Hebræis seruare & liberare significat, vt in primo libro Regū: 1. Reg. 27.
Virum & mulierē nō viuificabat Dauid. 11.

Et in Psalmis passim ferè, in hac significatione reperitur. Dominus conseruet eū, Psal. 40. 32
& viuificet eū, & beatū faciat eū in terra,
& nō tradat eū in animā inimicorū eius,
Dominus opem ferat illi. Qui enim in afflictione & angustia constitutus est, ille ferè mortuo similis est: atque dū ei succursus est, perinde est ac si reuixerit, & recens iterum genitus sit. Vnde etiam & verbum *Recreare* translaticiam significationem accepit.

In medio annorum, dixit Habacuc, pro In medio illorū calamitosorū & infeliciū dierū, in quibus Chaldæam, eiusq; vniuersos habitatores & incolas igni ferroq; fuditus deuastados audierat. In medio annorū visitationis Chaldæorum, sic enim legimus apud Ieremiam: Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego visitabo super eos: iuuenes morientur in gladio, filij eorum & filix eorū morientur in fame.

Ier. 11. 22.

Et

Et reliquæ non erunt ex eis: inducã enim
 malum super viros Anathoth, annum vi-
 sitationis eorum. Et alibi: Idcirco via eo-
 rum erit quasi lubricum in tenebris: im-
 pellentur enim, & corruet in ea: afferam
 enim super eos mala, annum visitationis
 eorum, ait Dominus. Legimus etiam,
 Diem ultionis, & Diẽ interfectionis, pro
 tempore occisionis atque vindictæ, apud
 eundem: Dies autẽ ille Domini Dei exer-
 cituum dies ultionis, vt sumat vindictam
 de inimicis suis. Et in eodẽ capite: Quia
 dies interfectionis eorũ venit super eos,
 tempus visitationis eorum. *In medio*, di-
 xit: idest, cùm in præcipiti erũt mala, cùm
 ingruent vehementiũs pericula, cùm cir-
 cunfluentibus vndique calamitatum flu-
 ctibus, nulla emergendi affulgebit spes.
 In medio enim alicuius rei esse dicitur
 quandoque, quod ab ipsa premitur & vr-
 getur maximè: vt circumfuso malorum
 æstu, nullum euadendi pateat effugium.
 Tale est illud: Nã et si ambulauero in me-
 dio vmbre mortis, nõ timebo mala: quo-
 niam tu mecum es. Et illud quoque: Si
 am-

ambulauero in medio tribulationis, viui-
 ficabis me. Orat igitur Habacuc Domi-
 num, vt populum sibi peculiarẽ è medijs
 calamitatibus Chaldæorum eripiat, &
 quem tãtis hæctenus beneficijs affecerit,
 cuiq; vt artifices solent, quasi absolutissi-
 mo manuum suarum operi, & suum no-
 men inscripserit, & notam atque stigma
 circumcisionis inuserit, Chaldæorum sæ-
 uitia interire, aut cum Chaldæis pariter
 in Babylone à Medis ac Persis excindi,
 extirparique penitus, non patiatur. Neq;
 patieris, quæ tua est benignitas, addit
 Propheta: *sed In medio annorum notum fa-
 cies, quòd Cùm iratus fueris misericordia re-
 cordaberis.* In medio infaustissimi illius tẽ-
 poris, cùm ineluctabile imminebit exi-
 tium, tunc vtique palam facies, te nun-
 quam misericordiæ obliuisci, neque in
 ira tua cõtinere clementiam tuam. Hoc
 ipsum vt pro certo habeam, præterita be-
 neficia, populo tuo loco scelerum puni-
 tionis reposita, persuadent. Etenim, *Pro
 iniquitate* (Huic enim omnia quæ sequun-
 tur referri arbitror) pro infidelitate ac

Psalm. 76.
10.

Hab. 3. 7.

Ezech. 10. idololatria, quā in Ægypto abominatio-
7.8. nes & idola Ægyptiorū coluerūt, vt testa-
 tur Ezechiel: pro infidelitate atque mur-
 muratione, quibus post tot ac tanta in
 Ægypto conspecta miracula, & Deo ipsi
Exo. 5. 21. disidebant, & legatis eius Moyfi & Aarō
 identidem obmurmurabant, dicentes:
Exo. 14. 10 videat Dominus & iudicet, quoniam fec-
 tere fecistis odorem nostrum coram Pha-
 raone & seruis eius, & præbuitis ei gla-
 dium, vt occideret nos. Ac rursus: Cū
 appropinquasset Pharaon, leuantes filij Is-
 raël oculos suos, videruntq; Ægyptios
 post se: & timuerūt valde, clamauerūtq;
 ad Dominum, & dixerunt ad Moysen:
 Forsitan nō erant sepulchra in Ægypto,
 ideò tulisti nos, vt moreremur in solitu-
 dine: quid hoc facere voluisti, vt educes
 nos ex Ægypto? Nōnè iste est sermo,
 quem loquebamur ad te in Ægypto, di-
 centes: Recede à nobis, vt seruiamus Æ-
 gyptijs? Denique, pro iniquitate, qua filij
 Israël, post conspecta maris rubri prodi-
 gia, murmurauerunt contra Moysen ad
Exo. 15. 24 aquas Mara. Pro iniquitate, qua in deser-
 to

to Sin murmurauit omnis cōgregatio filiorum Israël contra Moysen & Aarōn, dicentes: Vtinam mortui essemus per manum Domini in terrā Ægypti, quando se debamus super ollas carniū, & comedebamus panē in saturitate: cur induxistis nos in desertū istud, vt occideretis omnē multitudinem fame? Ad extremum, pro iniquitate, qua iurgati sunt contra Moysen in Raphidim, dicētes: Cur fecisti nos exire de Ægypto, vt occideres nos, & liberos nostros, ac iumenta siti? Pro his omnibus iniquitatibus, inquit Habacuc, pro quibus non solum puniri, sed penitus aboleri meruerant: nō tantum Dominus condigna non intulit supplicia, verum illis gloriosè & amicè se prodidit & ostendit in monte Sinai: atq; de cœlo, vt inquit Moyses, fecit eos Dominus audire vocē suam, vt doceret eos: & in terra ostendit illis ignem suum maximum, & audierūt verba illius de medio ignis: quia dilexit patres suos, & elegit semen eorum post eos. Id ipsum sequitur apud Habacuc, dum subiungit:

Exod. 16. 3

Exo. 17. 3.

Dent. 4. 36

• *Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan. Semper. Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra: splendor eius ut lux erit.*

Exod. 19. **C** V M Moyses accepturus legem
 16. ascendisset in montem Sinai, ecce (inquit Exodus) cæperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangorque buccinæ vehementiùs perstrepebat: Totus autem mons Sinai fumabat: eò quòd descendisset Dominus Deus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo, quasi de fornace: eratque omnis mons terribilis. Et sonitus buccinæ paulatim crescebat in maius, & prolixius tendebatur: Moyses loquebatur, & Deus respondebat ei, audiente populo. Et habitavit gloria Domini super Sinai, tegens illum nube sex diebus: septimo autem die vocavit eum de medio caliginis. Erat autem species gloriæ Domini,

Domini, quasi ignis ardens super verticem montis in conspectu filiorum Israel. Hæc Exodus. Porro autem, Deum non subito se Moyfi ostendisse in monte Sinai: verum sensim atque morate, instar Solis exorientis, emergens è montibus Seir & Pharan, in verticem Sinai aduentasse: & Canticum Deboræ & Barac, & Moyfis benedictio testantur. Ait enim Debora: *Judic. 5. 4.* Domine, cum exires de Seir, & transires per regiones Edom, terra mota est, cœliq; ac nubes distillauerunt aquis. Montes fluxerunt à facie Domini, & Sinai à facie Domini Dei Israel. Vbi notare oportet, Hebræa ad verbum habere: Cum incede res ex agro Edô, vel, de agro Edô. Eadem enim litera, *ד*, præponitur dictioni Seir, & dictioni Agro, in hunc modum, *דְּשֵׁיר*, & *דְּאֶרֶץ*. Declarat autem Debora, vfitatissima Hebræis verborum repetitione: Seir, de quo dixerat, montem esse regionis Edom. quod plurimis diuinæ Scripturæ locis fit manifestum. Habitauit, ait Genesis, Esau in monte Seir, ipse est Edom. Vnde Septuaginta verterunt:

Cum transires tu ex agro Edom. Describit ergo Debora Deū visibili specie procedentem ex Idumæa, & tendentem in montem Sinai. At Moyses non solum Seir, sed meminit etiam & montis Pharan, ait enim: Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus est nobis: apparuit de mōte Pharan, & cum eo sanctorum millia. In dextera eius ignea lex. Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt: & qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. Legem præcepit nobis Moyses hæreditatē multitudinis Iacob. Erit apud rectissimum rex, congregatis principibus populi cum tribubus Israël. Hactenus Deuteronomium. Vbi pro, In dextera eius ignea lex: Hebræis est, A dextera eius ignis lex eis. Sunt autem qui dictionem, Ignis, in nominandi casu statuentes, existiment, Deum principis habitu & specie apparuisse, multis Angelorum agminibus stipatum, & tanquam satellitio circumseptum: ad cuius dexteram illorum aliqui & legem in tabulis exarantam, & ignem, aut facem igneam tenerent.

Legem

Legem quidem ad docendum ac dirigendum populum: ignem verò in punitione transgressorum legis. Imperfecta nanq; *Rom. 8. 15.*
 lex vetus in timore data est: vt Paulus no- *2. Tim. 1. 7.*
 tauit. Chaldaeus paraphraestes sic vertit:
 Legem scriptam dextera eius dedit nobis
 de medio ignis. At alij, igneam legem vo-
 çari putant, quòd purget, exurat, quodq;
 omne per igne Excoquitur vitium, atq;
 exundat inutilis humor, vt ait quidam.
 Alij verò arbitrantur, Deum legis tabu-
 las in manu habuisse ignis fulgore micā-
 tes, & veluti splendoris radios eminus eia-
 culantes. Hincq; etiam ab Habacuc Cor- *Hab. 3. 4.*
 nua nuncupari censuerunt: vt Moyses ex
 simili causa Cornutus ab Scriptura voca- *Exod. 34.*
 tur: ob flammaram nimirum pyramida- *29.*
 lem & tortuosam, cornuum instar, figu-
 ram. Pro eo autē quod in vulgata editio-
 ne legimus: Et erit apud rectissimum rex:
Hebræi habent: Et fuit in rectissimo rex.
Est autem, vt ego puto, hæc Moysis ver-
borum sententia: Dominus apparuit no-
bis de Sinai, exortus de montibus Seir &
Pharan, multis Angelorum millibus co-

mitatus, igneã ferens legē: etenim dilexit
Deut. 4. 6. præ cæteris gētib⁹ Israëlitas, & oēs illorū
 7. sanctos sub tua Dñe tutela suscepisti, ti-
Rom. 3. 2. biq; associaſti, appropinquās eis, tantoq;
Pſalm. 147 illos afficiēs honore atq; dignitate, vt etiã
 19. illis eloquia tua credideris. Nã Moyſes à
Exo. 4. 22. te traditã legē nobis tulit, quã vniuerſus
 populus Iſraël primogenitus tuus, tãquã
 animi ac morū hēreditatem acciperet: ſi-
 cuti terrã Chanaã corporis hēreditatem
 erat accepturus. Quæ lex rectiſſimè rege-
 re atque dirigere maiores ac minores po-
 puli aptiſſima fuit: vniuerſis nempè equa-
 lis atque iuſta cōſiſtens. Hæc ipſamet be-
 neficia diuina in memoriam reuocat *Ha-*
bacuc, dum ait: *Deus ab Austro veniet, &*
ſanctus de monte Pharan: & quæ ſequūtur.
 Verbum enim, *Veniet*, & reliqua omnia
 futuri temporis verba, quæ ab hoc verſu
 vſque ad duodecimū verſum occurrunt,
 pro præteritis accipere oportet, phraſi lin-
 guæ *Hebraicæ* admodum familiari: quæ
 promiſcuè in narratione eadem, & præ-
 teritis vtitur & futuris. Vt apud *Iſaiam*:
Iſa. 26. 5. Quia incuruauit habitātes in excelfo (Sic
 enim

em habet Hebræa) ciuitatē sublimē humiliabit: humiliabit eā vsq; ad terrā, detrahet eā vsq; ad puluerē. Primū verbū, Incuruauit, est in p̄terito: at posteriora sunt futuritēporis. Ita igitur & Habacuc p̄teritis futura commiscet. (anabro)

Illud porro silētio p̄tereundū nō est, pro Ab Astro, Hebræis esse, *אֲשְׁטְרוֹ*, id est, De Themā. Ceterū Themā nomē esse ipsi⁹ mōtis & regiōnis Seir & Idumææ, apertissimē declarat Ieremias, cū inquit: Ad Idumæā: Hæc dicit Dñs exercituū: Nunquid *ier. 49. 7.* nō vltra est sapiētia in Themā? Et in eodē *ier. 49. 20.* capite: Propterea audite cōsiliū Dñi, quod inijt de Edō, & cogitationes eius, quas cogitauit de habitatoribus Themā. Familia rissima quippè diuinis scriptorib⁹ epanaphora idē repetit, & Themā atq; Edō eadē esse regiōnē ostēdit. Attamē, qm̄ Idumæa, cuius mōs erat Seir, Chananæā ab Austro terminabat: vt apparet ex eo quod dicitur in libro Iosue: Cepit Iosue omnē terram *ios. 11. 16.* montanā & meridiānam, terramq; Gessen, & planiciem, & occidentalē plagam, mōtemq; Israël, & campestria eius:

& partem montis quæ ascendit Scir, vsq;
 Baal-gad per planitië Libani subter mō-
Ios. 12. 7. tem Hermon. Et in alio loco: Hi sunt re-
 ges terræ, quos percussit Iosue & filij Israël
 trans Iordanem ad Occidentalem plagã
 (Iordanis) à Baal-gad in campo Libani,
 vsque ad montem, cuius pars ascendit in
 Scir. Describitur enim vniuersa Chana-
 næa, atque cōcluditur duobus terminis:
 Scir videlicet ad Austrum, Libano autem
 ad Aquilonem. Quia igitur Chananæa
 mons Scir ad Austrum finiebat, factum
 inde est, vt nomen Theman pro Austro
 cæperit vsurpari Chananæam incolenti-
 bus. vt sunt nonnulla ventorum nomina
 à regionibus, à quibus spirant, mutuata:
 cuiusmodi sunt Lybs, & Iapix. Sunt qui
 velint, Austrum vocari Theman, idest,
 dextrum: quoniam aspicientibus nobis
 Orientem, Auster dexteræ adsistat. Est
 enim Hebræis דָֹּּי dextera & dexter: vn-
Gen. 35. 18. de Benjamin, idest, filius dextræ, à patre
 vocatus est. Hinc est, quòd Hieronymus
Psal. 88. 12 pro eo quod legimus in Psalmis: Aqu-
 lonë & Mare tu creasti: vbi Hebræa pro
 Mare

Mare legunt *מִיָּם*, ipse transtulit: Aquilonem & dextrum tu creasti. At editio Latina vulgata, quæ versionem Septuaginta interpretum in Psalmis propè semper sequuta est, Mare iuxta cū illis reposuit pro *מִיָּם*: eo quòd Mare salis, siue mare mortuum, Australes Iudaicæ hæreditatis fines metaretur. Aut fortassè legerunt *מַרְיָ*, idest Maria, aut etiã *מִיָּם* per daghes: vt pluralia sepe per I, Nun, sicut & per *מִמֶּם* terminantur. vt in hunc ipsum Psalmorum locum Genebrardus annotauit, & nos postmodum dicturi sumus. In hoc autem loco Habacuc vertendum fuisse Theman, non Austrū, ideò videtur: quia Seir, vnde Deus in montem Sinai aduenisse dicitur, non est ad Austrum, sed ad Orientem montis Sinai: etiam si sit ad Austrum terræ promissionis. Quod vel inde fit manifestum: quia cum profecti de Ægypto filij Israëli, à Meridie tenderēt in Aquilonem, postquàm discesserunt tamen à monte Sinai, & multis interpositis mansionibus venerunt in Cades, transeūdum adhuc illis fuit recta per regionem Edom.

- Num. 20. Edom: vt libri Numerorum narrat histo-
 14. ria. Declinauerant autem Israëlitaꝝ tor-
 Num. 33. 5. tuosis itineribus ad Orientem. Septua-
 Deut. 1. 2. ginta interpretes apud Habacuc nomen
 resingerunt: Theman, ^{718 M. 113 110001}
 978 Pharan, vastissimam cremum fuisse,
 plurima loca diuina: Scripturæ nos ad-
 monent. In hanc filij Israël, profecti de
 deserto Sinai, trium dierum itinere perue-
 nerunt: si de Pharan, & non de Sepulchris
 Num. 10. concupiscentiæ, dicitur in libro Numere-
 33. rorum: Profecti sunt de monte Domini
 viam trium dierum, arcæq; fœderis Do-
 mini præcedebat eos, per dies tres puides
 castrorum locum. Superius autem di-
 Num. 10. 11 Quin fuerat: Anno secundo, mense secū-
 do, vicesima die mensis, eleuata est nubes
 de tabernaculo fœderis: profectiq; sunt
 filij Israël per turmas suas de deserto Si-
 nai, & recubuit nubes in solitudine Pha-
 ran. Quibus verbis, Scripturarum mo-
 re, quasi in summa proponitur, quò pro-
 gressus sit populus à diutina mansione Si-
 nai, ad statiuâ Pharan. Verû enim uerò,
 ante quàm peruenirent in Pharan, con-
 .mobi federunt

sederunt ad Sepulchra concupiscentiæ,
 & iterum steterunt in Haseroth. At, hæ
 mansiones non fuerunt diuturnæ: sed tã-
 quam vna aut altera fatigati populi respi-
 ratio. Profectus deinde populus de Hase-
 roth, castrametatus est in deserto Pharan
 plurimis diebus. Distabat igitur desertũ
 Pharan à môte Sinai, trium ad minimum
 dierum itinere: protendebatur verò vsq;
 ad urbem Cades, sic enim habetur in Nu-
 meris: Reuersi exploratores terræ post
 quadraginta dies, omni regione circuita,
 venerunt ad Moysen & Aarõ, & ad omnẽ
 cœtum filiorum Israël in desertum Pha-
 ran, quod est in Cades. Hæc autem ciui-
 tas contermina fuit Idumææ, vt constat
 etiam ex Numeris, vbi dicitur: Misit in-
 terea nuntios Moyses de Cades ad regem
 Edom, qui dicerent: Hęc mandat frater
 tuus Israël: Eccè in vrbe Cades, quę est in
 extremis finibus tuis, positi, obsecramus,
 vt nobis transire liceat per terram tuam.
 Erat præterea Cades, seu, Cadef-barne,
 Australis terrę pmissiois limes: sic enim
 habetur in Numeris, dum termini eius

Num. 13.

27.

Num. 20.

14.

Num. 34.

cir- 4.

circunscribuntur: Pars meridiana incipiet à solitudine Sin, quæ est iuxta Edem: & habebit terminos contra Orientem mare falsissimum: qui circuibunt Australem plagam per Ascensum scorpionis, ita ut transeant in Senna, & perueniant ad Meridiem vsque ad Cadef-barne. Distabat porrò mōs Sinai à Cadef-barne, vndecim dictum itinere, auctore ipso Moÿse, qui sic ait in Deuteronomio: Vndecim dieb⁹ de Horeb, per viam montis Seir, vsq; ad Cadef-barne. Scio, plurimos in hanc conuenisse sententiam, Cadef-barne longè distitam fuisse à Cades, ad quam tricesima tertia castra in solitudine Sin fuere possita. Videntur enim decima quinta mansione Israëlitæ ad Cadef-barne confedissee. Sed quando incertis admodum atq; perplexis gyris, per inuiam solitudinem Phaiã, circunductos esse constat quamplurimis mansionibus, incredibile profectò nō est quin & Massio nobiscum videtur, ut nomē, ita & locum vnum eundemq; esse, apud nobilem illam urbem Petram. Idq; etiam Chaldæus paraphrastes sensisse videtur:

qui

Deut. 1. 2.

Num. 33.

36.

Num. 13. 1.

2.

Num. 32. 8

Deut. 1. 19.

Deut. 2. 14

Num. 20.

14.

qui pro vtraq; Cades reddidit □□□. Hieronymus de locis Hebraicis, vnam atque eandem ciuitatē existimat, ait enim: Cades, vbi fons est iudicij, & Cades-barne in deserto, quæ cōiungitur ciuitati Petræ in Arabia: ibi occubuit Maria, & Moyſes, rupe percussa, aquam sitienti populo dedit. Num. 20. Porro, hæc ipsa, quæ Hieronymus refert, in Cades gesta fuisse perhibentur.

Fuit etiam & ciuitas nomine *Pharan*, non procūl à mōte Seir, vt licet ex Genesi coniectare: vbi dicitur: Quarto decimo anno venit Chodorlahomor, & reges qui erant cū eo: percusseruntq; Raphaim in Astaroth, Carnaim, & Zuzim cum eis, & Emim in Saue Cariathaim, & Corrhæos in mōtibus Seir, vsq; ad cāpestria Pharan, quæ est in solitudine. Vel, vt habent Hebræa: Vsq; ad quercum, aut, quercetum Gen. 14. 5. *Pharā*, quæ est super desertū. Sed etiā ex tertio Regū libro facilè colligitur, euntibus ex Idumæa in Ægyptum, vnde aduenerunt Israelitæ, viam fuisse per desertum, & forsitan quoque per urbem ipsam *Pharan*, sic enim ibidem legimus:
Cūm

3. Reg. 11.
18.

Cùm esset Dauid in Idumæa, & ascendisset Ioab princeps militiæ ad sepeliendum eos, qui fuerant interfecti, & occidisset omne masculinum in Idumæa, fugit Adad ipse, & viri Idumæi de seruis patris eius cum eo, vt ingrederetur Ægyptum: erat autem Adad puer paruulus. Cùmque surrexissent de Madiân, venerunt in Pharan, tuleruntque secum viros de Pharan, & introierunt Ægyptum. Fuit ergo ciuitas in Pharan, vnde secum viros toleret Adad, sita in deserto Pharan, vel, vt Genesis innuere videtur, in extremis finibus solitudinis. Neque enim apud Hebræos deserta dicuntur loca, quòd nihil ibi sit rerum aut hominum: cùm in Scriptura diuina multæ vrbes in deserto esse dicantur: & forti tribus Iuda assignatæ sunt in deserto, Beth-araba, Meddin, & Sachacha, & Nebfan, & Ciuitas-salis, & Engaddi, ciuitates sex & villæ earum. Dicuntur ergo Hebræis Desertû loca syluestria, pascua, siue cæpestria, in quibus sparsim homines & rari habitabât: sicut in Hercinia sylua, & similibus incultis locis videre est.

Is. 15. 61.

Fuisse

Fuisse etiam & montē *Pharan*, duobus testibus irrefragabilis fidei didicimus, Moysē, videlicet, & *Habacuco*. Ex his porrò, quæ diximus, suspicor, montē *Pharan* eundē esse cum monte *Seir*: qui ex eo q̄ in extremis finibus deserti *Pharan* sese attollere inchoaret, ipsius vocabulum ac nomen, vt alijs accidit, fuerit adeptus. Cōsentitq̄; etiam *Deboræ* canticum, quod solius meminit montis *Seir* & regionis *Edom*: cū *Moyfes* solita diuinis scriptoribus epanāphora dixerit: *De Seir* ortus est nobis, apparuit de monte *Pharan*. *Habacuc* verò, simili repetitione: *Deus* de *Theman* veniet, & sanctus de mōte *Pharā*. At *Deborā* pro his omnibus: *Domine* cū exires de *Seir*, & egredereris de agro *Edom*. Ab hoc monte vastissima illa solitudo aduersus montem *Sinai* lōgo procurrebat spatium: ex hocq̄; ipso *Deus* aduenisse dicitur in montem *Sinai*: quoniā ex eo, instar ex orientis *Solis*, gloriā *Domini* emicuit, hoc est, Ab hoc monte, vt canit Poëta:

fnoluere diē nimbi, & nox humida cælum

Z *Abstulit*

Abstulit: ingemināt abruptis nubibus ignes.

Gloria enim Domini, eæ res oēs ab Scriptura dicuntur, quæ cū eius diuinam præsentiam, tum etiam maiestatem testantur.

Exo. 16. 10

Exo. 24. 17

Eccè, inquit Exodus, gloria Domini apparuit in nube. Et alibi: Erat species gloriæ Domini quasi ignis ardens super verticem montis in conspectu filiorum Israël. Neq; Gloria solùm latè sparsam famam significat, & nominis celebritatem:

verùm etiam ea, vnde fama illa spargitur, & quorū causa quis ita celebratur: vt sunt apud eos, quos gloriosos mūdus prædicat & miratur, superbæ ædes, pretiosa vasa, magnificæ vestes, splendidæ epulæ, magnæ famulorum cateruæ, ac cætera huiusmodi. Sic Christus dixit de Salomone:

Mat. 6. 28.

Considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, neq; nent. Dico autem vobis, quoniã nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut vnū ex istis. Eodem modo dicitur Assuerus, parasse grande conuiuium: vt ostentaret diuitias gloriæ regni sui.

Esth. 1. 3.

Eiusdem significationis quãdoquè videtur

detur esse diuinis scriptoribus vocabulū
Laus: nequē enim testimoniū tantum-
 modò populi de aliquo recta loquētis im-
 portat, verū id quoq; significat, ex quo
 laudandi paratur occasio. Cuiusmodi est *Exod. 15. 2*
 illud: fortitudo mea & laus mea Domi-
 nus. Significat igitur Habacuc: *Gloriam*
 Dei, id est, aduentus eius manifestissima
 signa, cælos operuisse, ita vt cæli species
 ac facies à mortalibus præ fulgore & fu-
 mo cōspici nō posset, & tota illa terra lau-
 dis diuinæ impleretur: vndiq; etiā magn⁹
 admirantis populi clamor personaret.

Cæterū, interiectio illa, *Semper*, pro qua
 Septuaginta seniores cōstāter reddiderūt
 διακαλμα, in Hebræo habetur חֲזָק. Sūt qui
 velint, metri cōmutationē, aut rhythmi
 distinctionē notare. Hāc porrò Habacuc
 orationē carmine conscriptā esse, nō mo-
 dō ipsa Hebræarum vocū structura, sed
 ipsa quoq; Latina versio indicat, etiā si so-
 luto sermone decurrat. Nā & verborum
 sublimitas, & clausularū certa quedā cō-
 cisio ac breuitas, quiddā prosa orōne nū-
 merosī⁹ prodūt, vt illud de his rectē dicat.

Inuenies etiam dissecti membra poetæ. Hieronymus epicū sermonē atq; Psalterij, id est, lyrico more cōpositū esse testat. Alij verò, Sela, pausationem spiritus, & moram cantionis ac psalmodiæ esse autumant: sicut è contrario *συμικσμα*, compositionem siue continuationem cantionis significat. Nonnulli arbitrantur, Sela notam fuisse vocis exaltandæ: eoq; monitoriū cogitationis intendēde. Quidam verò hac voce, Sela, sicut & duabus alijs, Amen, & Salom, Hebræos rebus suis successum atq; optatam fœlicitatem imprecari solitos, tradiderunt. Alij porrò insignem aliquem affectum, quo psallens pro mouente spiritu afficeretur, insinuare censuerunt: qui quoniam in nostra potestate non sit, non in omni Psalmo, neque in omni versu à nobis haberi potest: sed prout Spiritus sanctus dat moueri: vnde in Psalmis tam confusè ac citra vllam, quam assequamur, rationem, Sela positum inuenitur. Alij demùm, dictionem Sela, vim interiectionis lætātium vel triumphantium, vel

vel interdum etiam spiritu ouantium, habere decernunt. Annotauit autem Hieronymus, Diapsalma nusquam alibi quam in Psalterio, & in presentis oratione Habacue inueniri: idemque ad Marcellam, de Sela, logiuseulam scripsit epistolam: quod nos ablegantes lectorem, quæ Vates subinferat videamus.

¶ Cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius.

PRO, *Cornua in manibus eius*, Hebræis est, Cornua è manu eius ipsi. קרניו מן ידיו. Sunt autem qui putent, relatiuum Ipsi, poni sine antecedente, referrique ad Moysen: cuius facies ex consortio sermonis Domini cornuta facta est, vt habetur in Exodo. Ponunt quippè frequenter Hebræi relatiua absque antecedentibus: vt in Cantico Canticorum: Osculetur me osculo oris sui. Et in Threnis Ieremiæ: Ego vir videns paupertatem meam in vir

Exod. 34.

29.

Cant. 1. 2.

Thren. 3. 1.

ga indignationis eius. Hùc ergò respexif
 se mihi videntur Pagninus & Vatablus,
 dum transferunt: Splendores de manu e-
 ius fuerunt ei. Alij verò ad Deum referē-
 tes relatiuum Eius, de legis tabulis instar
 ignis micantibus intelligunt: vt paulò su-
 periùs à nobis annotatum est. Has, veluti
 cornua, flexuosos splendoris ac lucis ra-
 dios longè eiaculasse arbitrantur: siquidē
 Scriptura testatur, legem ignitam in dex-
 tera Dei fuisse. Lucis autē radios Cornua
 vocari à Propheta, existimarunt, ob flam-
 marum atq; radiorum pyramidalem tor-
 tuosamque figuram: nam & hinc poëtas
 Vulcanum claudum finxisse, asserunt.
 In hoc porrò lucis atque splendoris ap-
 paratu, quasi in quodam tentorio, diui-
 nam naturam, vim & fortitudinem la-
 tuisse, interpretantur: quoniam eam ho-
 mines adorare quidem possent, videre
 non possent.

Ego verò per *Cornua*, mortem ac diabo-
 lum, quæ mox subsequuntur, significari
 autumo. Propheta quippè explicat con-
 festim sese, & de more ysitatissimo diuinis
 vatibus,

vatibus, id quod prius suboscure ac metaphoricè dixerat, propriè & enodatè declarans, subiungit: *Ante faciè eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius.* Frequens est autè in diuina Scriptura à feris cornu petis deducta metaphora, eos dici ventilare cornu, qui aliquos alios debellât, prosternût, proculcât, proterût. Huius generis est illud Moyſis in benedictione Ioseph: *Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua rhinocerotis cornua illius, in ipsiſ ventilabit gètes.* Et illud quoq;: *In te inimicos nostros ventilabimus cornu.* Tollere autè cornua, pro eo quod est, animo efferri, dixit Dauid: *Dixi, inquit, iniquis, Nolite iniquè agere, & delinquè tib⁹, Nolite exaltare cornu: Nolite extollere in altum cornu vestrû, nolite loqui aduersus Deû iniquitatè.* Neq; absimile est illud Poetæ: *Nâq; in malos acerrimus Parata tollo cornua.* Illud verò Cornu cuius esse dicitur, quo alios impetit, profligat, & ad perniciè deducit: aut aliquâdo etiam à se perniciem & exitium propeſcit. Hinc dicitur in carmine Dauid:

Deut. 33.

17.

Psal. 43. 6.

Psal. 74. 5.

2. Reg. 22. 3 Deus fortis meus sperabo in eum: scutū
 Psal. 17. 3. meum, & cornu salutis meæ. Hinc etiam
 Luc. 1. 69. Christus cornu salutis nobis factus fuisse
 Dan. 7. 24. perhibetur. Daniel decem cornua quar-
 tæ bestię, decem reges, per quos quartū
 illud præstantissimum omnium regnum
 propagatum est, significare interpreta-
 tur.

Deum porrò, mortis atque diaboli mi-
 nisterio, quasi cornibus oppositis, in ho-
 stes suos ferri, non semel Scriptura testa-
 tur: illudq; Dauidicū aperte manifestat:
 Psalm. 77. Misit in eos iram indignationis suæ, indi-
 gnationem & iram, & tribulationem: im-
 missionem per angelos malos. Viam fe-
 cit semitæ iræ suæ, non pepercit à morte
 animabus eorum, & iumenta eorum in
 morte conclusit. Eccè, diabolo & morte,
 veluti cornibus, in Ægypto Dominus &
 viam sibi debellandis hostibus aperuisse,
 & ab homine vsque ad pecus omnia va-
 stasse ac perdidisse, dicitur. Cui etiam cō-
 fine est illud: Diabolus stet à dextris eius:
 Psalm. 108. 6. fiant dies eius pauci, & episcopatum eius
 accipiat alter. Fiant filij eius orphani, &

vxor eius vidua. Morte quippè ac diabo-
lo feriri Doëg, aliosq; Dauidis calumnia-
tores efflagitat. His similia nūc infert Ha-
bacuc: Deum nempè pro Iudæorum ini-
quitate, idest, pro pœnâ sceleribus illorū
debita, diabolo ac morte, veluti cornibus
oppositis, in Chananæos irruisse, & vt ca-
nit Dauid, gentes illas disperdidisse, affli-
xisse populos, & expulisse: vt Israëlitas
inibi constitueret, & ad modum selectæ
vineæ plantaret.

Psal. 43. 3.

In his autem cornibus abscondita di-
citur Fortitudo Dei: eò quòd diabolus &
mors tanquam vasa interfectionis Deo
sint, vt dixit Ezechiel, & quasi narthecia
fortitudinis eius. Fortissimam esse mor-
tem, vel comparatio illa apud Canticum
canticorum testatur: Fortis est vt mors
dilectio. Diabolus verò in Euāgelio, For-
tis armatus vocatur. Cornua porrò olim
asseruādis rebus aliquibus deseruisse, no-
tissimum est: quando olei cornu vngen-
dis regibus, sacerdotibus, atq; prophetis,
passim in sacris biblijs offendimus. Et
vna ex filiabus Iob, Cornustibij nomen

Ezech. 9. 1.

Cant. 8. 6.

Luc. 11. 21.

accepit. Cæterùm, Cornua è manu eius, dixit Vates, idest, à fortitudine eius immissa, vel ab eius vindicta & indignatione, aut ab eius potentia: hæc enim omnia Manus Dei solet in diuinis literis significare. Hocq; ipsum subiuncta declarant: *Ibi abscondita est fortitudo eius.* Moris est enim, vt sæpè diximus, diuinis vatibus, & ante alios maximè Habacuc, obscuris manifesta subtexere, & quod priùs sub ænigmate dixerant, aperta voce è vestigio proferre. Adde etiam, quòd nonnunquã in sacris literis, Manus pro toto corpore & persona ipsa, aut pro capite & ore vsurpatur. Vnde est illud Oseæ: In manu Prophetarum assimilatus sum. Et illud quoque: Factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ.

Os. 12. 10.

Agg. 1. 1. 3.

Zach. 7. 7.

Quòd autem in Hebræo, vt dictum est, duo pōnūtur relatiua: Eius, videlicet, &, Ipsi: nihil obest, quominus ea quæ dicuntur, ad Deū referantur: Redundant nãq; sæpissimè Hebræis relatiua, sicut etiam & nobis Hispanis. Redundat vtiq; alterum relatiuorū in Psalmo, vbi dicitur: Mōs Siō

in

in quo habitasti in eo. Et in alio Psalmo: *Psal. 73. 2.*
 Beatus vir cuius est nomen Domini spes *Psal. 39. 5.*
 eius. In alio quoq;: Beatus cuius Deus Ia- *Psal. 145. 5.*
 cob adiutor eius. Ac rursus in alio: Beata *Psal. 32. 12.*
 gēs cuius est Dominus, Deus eius. Id est,
 Beata gēs, quæ pro Deo habet atq; colit
 eū, qui verè est Dominus omniū: nō ido-
 lorū simulachra, aut aliud quicquā. Est e-
 nim pro, Dominus, Hebræis יהוה, nomen
 propriū veri Dei. Redundāt & nobis Hi-
 spanis, vt diximus, relatiua frequēter: nec
 citra linguę nostræ pprietatē diceremus:

Cuernos de sus manos de l,

Vasos de su fortaleza,

Tuan destruçando ant'el,

Muerte y diablo con presteza.

Et tamē alterū superesset relatiuorū: aut
 Sus, aut, De l. Porrò Diabolus in hoc loco
 Hebræis est אשף, quæ vox pestilentem &
 vndiq; grassantē stragē, atq; obuia quæq;
 ignea vi inflammantem & funestantē si-
 gnificat. Sic etiam & Homerus diabolū,
 quem de cœlo deturbatum canit, Aten
 appellauit, id est, noxam: deamque ef-
 se finxit, quæ homines vniuersis malis
 impli-

implicat, mentesq; seducit atque perturbat. Hic est forsitam terror ille, quē Dominus ante filios Israël se immissurū pollicetur, cum inquit: Terrorem meū mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum, ad quem ingredieris.

Exod. 23. 28. Quid si & hi vocātur crabrones, cū addit: Emittens crabrones prius, qui fugabunt Heuæum, & Chananæum, & Hethæum, antequam introeas? Nam Ambrosij & Augustini cāticum, morti, quasi vespæ, tribuit aculeum. His igitur prælatis cornibus Deus, morte ac diabolo, Palæstinam ingressus:

Stetit, & mensus est terram: aspexit, & dissoluit gentes, & contriti sunt montes seculi: incuruati sunt colles mundi, ab itineribus aternitatis eius.

Morte ac diabolo præcūtibus, instarq; cornuum faciem Domini præcedentibus, tandiu Chananæos ventilare non destitit, donec stetit tandem in terra promissa, eiusque dominium & possessionē adeptus,

adeptus, partim per Moysen, partim etiã
 per Iosue, mensus est eam in funiculo di-
 stributionis, diuisitque tribus Israel.
 Hoc autem non multo negotio, non hu-
 mano consilio, non viribus neque armis,
 non bellico apparatu peractum est: cum
 essent septem gentes illæ multò maioris *Dent. 7. 1.*
 numeri, multoq; robustiores, quàm esset
 populus Israël: verùm solo suo vultu &
 aspectu Deus illas à facie Israëlitarum de-
 iecit. Nequè enim in gladio suo possede-
 runt terram, & brachium eorum nõ sal-
 uauit eos: sed dextera tua Domine, in-
 quit Psaltes, & brachium tuum, & illumi-
 natio vultus tui. Solo Dei aspectu dissolu-
 tæ sunt gentes, & antiquissimi illarũ du-
 ces ac principes contriti & comminuti
 sunt: & fortissimi populi, qui terrã Cha-
 naan multis seculis inhabitauerant, ma-
 gnaq; potentia & viribus giganteis fulti,
 firmissimè eam hæreditario iure posside-
 re putabantur, solo Dei vultu prostrati
 iacuerunt: mox vt Deus, qui est illis eter-
 nior, ingressus est terrã cum populo suo
 Israël. Aut vbicunq; Dei æterna maiestas
 cum

Psal. 43. 4.

cum populo suo perueniebat, confestim fortissima eius cornua diabolus & mors, firmissima & excelsissima quæq; demoliebantur. Suspicio enim *Æternitatis* vocabulum in hoc loco, titulivicē gerere, ac pro ipso noīe *Dei*, antonomasticos vsurpari. Tāquā si Hispanè diceremus: Todo se allanaua y rēdia, por do quiera q̄ su Magstad caminaua. Neq; vllū est aliud *Dei* epitheton, quod æquē cōsiderantiū mētes in admirationē impellat, quā est æternitas. Idē est igitur, vt egosētio: *Cōtriti sunt, & incuruati sunt ab itineribus æternitatis eius:* quod *Dauidicum* illud: *Infirmabuntur & peribunt à facie tua.*

Psal. 9. 4.

Sunt qui *Deum* stetisse interpretētur: quoniā *Dei* arca substitit in Galgala quatuordecim annis, cū antea per omnes quas expugnari opus erat vrbes, arca *Dei* circumferretur. Vt autē in Galgala ventum est, oraculo reddito tabernaculum crexere: neq; ampliùs arcā loco illo mouerunt, donec cūctæ vicinæ nationes debellatæ sunt. Inde *Deus* omnibus rebus & negotijs præerat, indeq; quid faciendum esset

esset, quid nō faciendū imperabat, & quasi editiori loco aliquo stans, cūctis gerendis cōsulebat rebus. Quod autē dicitur: *Et mēsus est terrā*: veterū refert cōsuetudinem, qui terras & agros per mensuras diuidebant. Imouerò in hunc vsum primitus ab Ægyptijs Geometricā disciplinam excogitatam ferūt, vt agros ac terminos, Nili fluminis inundatione confusos, certa via ac ratione postmodū metarentur. Hinc ergò est illud: Et eiecit à facie eorū gentes: & sortè diuisit eis terram in funiculo distributionis. Hinc etiam Metiri, pro in possessionem venire, vsurpatur. Cuiusmodi videtur illud, quod dicitur in Psalmis: *Lętabor, & partibor Sichimam, & conuallem tabernaculorum metibor.*

Porro, *Dissoluit gentes*: dixit, pro Euulsit, extirpauit, & funditus sustulit. Est enim in Hebræo *נָתַר*, quod verbum si deriuetur à *נָתַר*, soluere, siue dissoluere est: si verò à radice *נָתַר*, euellere & eradicare significat: verbū ex agricultura trās-latum. Solent enim agricolę, vbi fertiliores conserendę sint, inutiles aut noxias plantas

plantas extrahere. Hæc verbi significatio Vatis proposito atq; Dei operi aptissima est: qui in modum agricolæ, vt vineam suam, ex Ægypto translata, in Palæstina plantaret, noxias prius gentes euellisse & extirpasse perhibetur.

Montium porrò, atque *Collium* nominibus, principes & duces, potentes atq; magnates allegoricè significantur: nam cum totam hominum turbam, atq; adeò ipsum genus humanum, diuina Scriptura Terræ nomine appellare soleat, fit, vt *Montium* & *Collium* nomina principibus & summis viris imponat: quia montes in terra altiores, editioresque conspiciuntur. Atquè illud ex hac significatione dictum est: Constituit Deus humiliare omnem montem excelsum, & rupes perennes.

Seculi autem Montes, & *Mundi Colles* vocauit, id est, vetustissimos terræ illius indigenas, aut etiam dominos ac principes: deniquè potentes à seculo viros famulos: vt dixit Moyses. Seculum enim aut Æternum Hebræis, longissimam significat

ficat durationem: est autem in *Hebræo*,
 pro *Mundi*, ׀היב, id est, seculú vel æter-
 num. Neq; vsquàm alibì, quod sciã, præ-
 terquàm in hoc loco, Mundum pro hac
 voce reddidit *Vulgatus* interpret: nam
 in *Genesi*, pro, *Saluatoré mundi*, ponitur *Gen. 41. 45*
 dictio *Ægyptiaca* מנצח. Et in libro *Iob*,
 pro, *Fines mundi* intuetur: ponitur voca *Iob. 28. 24.*
 bulum מנצח, id est, terræ. Hinc est igitur
 quod vertit *Pagninus*: *Contriti sunt mō-*
tes longi temporis: incuruauerunt se col-
les longi temporis. Huic expositioni suf-
fragatur quod legimus in Prouerbijs: Ne *Pro. 22. 28.*
transgrediaris terminos antiquos, quos
pateruerunt patres tui: habet nanq; Hebræa:
Terminos seculi, vel æternos: ׀היב מנצח.
Septuaginta verterunt ογι κ κιανικ. Ergo cō-
triti & humiliati sunt antiquissimi illius
terræ ac regionis principes atq; magna-
tes. Vel, qui ad eò viribus & fortitudine
firmiter & stabiles videbantur, vt in perpe-
tuum duraturi crederentur: nec verò si-
mile videri posset, possessionem hæredi-
tatis suæ amissuros esse, maximè verò à
paucioribus neq; fortibus æquè, propria

Bar. 5. 7. sua terra expulsos, ac deturbatos. Huic sententiæ astipulari videtur Baruch, cùm ait: Constituit Deus humiliare omnem montem excelsum, & rupes perennes.

Incuruati sunt, dixit, pro, subiecti sunt, humiliati sunt, & obedientiæ & venerationis gratiâ, se in terram humiliter demiserunt. Morem quippè antiquum referre videtur: olim nanquè procidentes adorare consueuerunt. Coram illo procidēt

Psal. 71. 9. Æthiopes, canit Dauid, & inimici eius
Isa. 49. 23. terram lingent. Isaias verò: Erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu in terra demisso adorabunt te, & puluerē pedum tuorum lingent. Seruiant tibi populi, inquit Isaac ad Iacob, & adorent de tribus: esto dominus fratrum tuorum, & Gen. 27. 29

Gen. 33. 6. incuruentur ante te filij matris tuæ. Deniquè, appropinquante Esau, ancillæ Iacob, & filij earum incuruati sunt. Et fratres Ioseph in Ægypto, incuruati adorauerunt eum. Ergo, mox vt Deus, inquit Habacuc, terram Chananæorum ingressus est: quocunque cum populo suo eius Æternitas perueniebat, Chananæi ipsi
aut

aut gladio & internecone peribant, aut solo Dei aspectu perterriti, vrbes, agros, aras, focos, seque ipsos in Israelitarum arbitrium atque potestatem dedebant. Vel *Incuruati sunt colles mundi*: præcedentis sententiæ repetitio est: vt & montes fuisse contritos, & colles incuruatos, idem significet. Id est, excelsa quæq; & eminentia, reges, principes, gigantes, fortissimos populos, munitissimas vrbes, editissimas arces, cuncta fuisse deiecta, prostrata, diruta & euerfa. Verbum enim, *Incuruare*, diuinis vatibus omnimodâ non unquam vastitatē importat: vt apud Isaiam; *Quia* Isa. 26. 5.
incuruauit habitâtes in excelfo, ciuitatē sublimē humiliabit: humiliabit eam vsq; ad terram, detrahet eam vsque ad puluerem. Quin etiam illud Dauidicum: *Dorsum eorum semper incurua: omnigenâ desolationem imprecari, declarant quæ sequuntur, addit enim: Effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ cōprehendat eos: fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.* Psal. 68. 24
Adde, quòd verbum Hebraicum תִּיָּחַץ, id est,

id est, Incuruatio : Interitum vertit Vulgatus interpres, cùm ait: Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet. Hoc est, Incuruationem & perniciem incurret, quam alijs fraudulenter parabat.

Pro iniquitate, vidi tentoria Æthiopia, turbabuntur pelle terra Madian.

PErgit adhuc propheta Habacuc, enumerare beneficia diuina, quæ Deus olim populo Israël pro sceleribus & iniquitate reposuit. Benignus quippè Altissimus est etiam super ingratos & malos. *Diximus autem in superioribus: Pro iniquitate: cùm ad ea, quæ narrata iam sunt, tum ad ea, quæ subsequuntur, referri. His autem non significatur, Deum beneficia rependisse pro scelere, eò videlicet quòd essent iniqui: verùm Iniquitas in hoc loco, pro pœna iniquitati debita, meritoque supplicio posita est, in qua significatione, Christus etiam Dñs factus fuisse peccatum, ab Apostolo prædicatur, id est, mundi peccatorum piaculum: peccata quippè nostra, hoc est, pœnas atque*

Luc. 6. 35.

2. Cor. 5. 21.

1. Pet. 2. 24

atque supplicia nostrorum scelerū, ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt Petrus testatur. Tota porrò Prophetæ nostri narratio Zeugmatica est, singula nāque diuina beneficia populo Hebræorū olim exhibita, quæ Vates in exemplum diuinæ misericordiæ recēset, cū ea quæ præcedunt, tum ea etiā quæ sequuntur, hac connexionē & Zeugmate copulantur, *Pro iniquitate.* Fit nanque Zeugma, cū plures sensus vna aliqua sentētia aut verbo coniunguntur, præposito interdum verbo, ad quod reliqua respiciāt, vt apud Prophetam Amos: Nunquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis? Quod enim præcessit, In petris: tam ad equos quàm ad boues referēdum est: in saxis quippè ac præruptis silicibus, neque equi currere, neque boues arare queunt. Vnde &, In saxis seminare, pro- uerbij locum obtinuit: quòd hoc terre genus sterile ferè sit, quia neque aratro profcindi potest, neque quod satum est, habet quò radices agat. In Hebræo, porrò, apud Amos, non Bubali, sed Boues po-

Amo. 6.13

nuntur: dictio scilicet בקר, pro qua
 Vulgatus interpres (qui Hieronymus in
Gen. 12. 16. Prophetis esse creditur) constanter reddi-
Gen. 20. 14. dit vbiq; Boues, quotiescunq; in diuinis
Gen. 21. 27. literis hoc ipsum occurrit vocabulū. At
 verò dum apud Amos figuratā dictiōē
 non attendit, arariq; simpliciter in bobus
 à Propheta negari videt: bouis significa-
 tionem deserere coactus, bubalos trāstu-
 lit pro Becarim: quoniam indomiti sunt
 (inquit Hieronymus in cōmentarijs) vt
 iugum ceruicibus nō recipiāt: & cū syl-
 uestres boues sint, propter feritatē nolint
 terrā vomere scindere. *Ha*ctenus ille. At
 vt diximus, figura Zeugmatis Amos do-
 mesticos ac placidos boues in rupibus ac
 saxi arare posse inficiatur. Fit etiam Zeu-
 gmaverbo aut sentētia postpositis, cuius-
Eph. 4. 31. modi est illud: Omnis amaritudo, & ira,
 & indignatio, & clamor, & blasphemia,
i. Cor. 5. 9. tollatur à vobis. Et illud quoq;: Neq; for-
 nicarij, neq; idolis seruiētes, neq; adulteri,
 neq; molles, neq; masculorum concubi-
 tores, neq; fures, neque auari, neq; ebrio-
 si, neque maledici, neq; rapaces, regnum
 Dei

Dei possidebunt. Fit deniquè Zeugma, sententia aut verbo in medio sensuum interiecto, vt apud Poëtam:

*Troingina interpret diuū, qui numina Phæbi,
Quitripodas, Clarij lauros, qui sidera sentis,
Et volucrū linguas, et præpetis omina pēna.*

Simili forma apud Habacuc, quæ superius dixerat, de aduentu Dei in Sinai, & de ingressu eiusdem in terram Chanaan, his quæ subinfert, de profligatione Madian, de diuisione Iordanis ac maris rubri, de Solis atque Lunæ statione, de populi educatione ex Ægypto, hac media interiectione: *Pro iniquitate*: connectit. Scopus verò ac finis totius narrationis hic est, vt ostendat Vates, nunquàm Deum adè Iudæorum criminibus iratum & infensum fuisse, quin eos magnis beneficijs affecerit, è que medijs, periculis liberauerit. Hinc autem Propheta argumenta defumit, quibus propositā confirmet spem: nempè Deum in Babylo- ne non deserturum Israelitas, neque pariter cum Chaldæis extremo traditurum exitio. Quinpotiùs misericordiarū

Jer. 32. 32.

antiquarum memorem, pro iniquitate
 & sceleribus beneficia pristina redditu-
 rum, & ab interitu impendēte Chaldæis,
 opus suum, id est, populum sibi peculia-
 rem, misericorditer erepturum & viuifi-
 caturum. Huiusce argumenti sunt illa,
 quæ Dominus tradit per Ieremiam, di-
 cens: Propter malitiam filiorum Israel &
 filiorum Iuda, quam fecerunt ad iracun-
 diam me prouocantes, ipsi & reges eorū,
 principes eorum, & sacerdotes eorum,
 & prophetæ eorum, viri Iuda, & habita-
 tores Ierusalem. Et verterunt ad me ter-
 ga & non facies: cū docerem eos dilu-
 culo & erudirem, & nollēt audire vt ac-
 ciperent disciplinam. Et posuerunt idola
 sua in domo, in qua inuocatum est nomē
 meum, vt polluerent eam. Et ædificaue-
 runt excelsā Baal, quæ sunt in valle filij
 Ennom: vt initiarent filios suos & filias
 suas Moloch: quod non mandauī eis, nec
 ascendit in cor meum, vt facerent abomi-
 nationem hanc, & in peccatum deduce-
 rent Iudam. Et nunc propter ista, hæc di-
 cit Dñs Deus Israël ad ciuitatem hanc,
 de qua

de qua vos dicitis q̄, tradatur in manus regis Babylonis in gladio, & in fame, & in peste. Eccè ego cōgregabo eos de vniuersis terris, ad quas eieci eos in furore meo, & in ira mea, & in indignatione grandi: & reducam eos ad locum istum, & habitare eos faciam confidenter. Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum. Et dabo eis cor vnum, & viam vnam, vt timeant me vniuersis diebus: & bene sit eis, & filijs eorum post eos. Et feriam eis pactum sempiternum: & nō desinam eis benefacere. Hactenus Ieremias.

Quo autem pacto peccantibus identidē Israëlitis Deus incessanter beneficia compensaret, prolixè retractat Ezechiel, in hæc verba: quæ, quanuis longiora, transcribam: cū, quia Habacuco cohærent aptissimè, tum vt lectori ad manum ac præsto sint, ne sacrum Bibliorum fōtem adire & consulere cogatur. Inquit igitur Ezechiel: Hęc dicit Dominus De⁹, In die qua elegi Israël, & leuaui manum meam pro stirpe domus Iacob, & apparui eis in terra Ægypti, & leuaui manum meā pro
 cis,

Ezec. 20. 5

eis, dicens: *Ego Dominus Deus vester:*
 in die illa leuaui manum meam pro eis,
 vt educerem eos de terra *Ægypti*, in ter-
 ram quam prouideram eis, fluentem la-
 cte & melle, quæ est egregia inter omnes
 terras. *Et dixi ad eos, vnusquisque offen-*
siones oculorum suorum abijciat, & in
idolis Ægypti nolite pollui: Ego Do-
minus Deus vester. Et irritauerunt me,
nolueruntque me audire: vnusquisque
abominationes oculorum suorum non
proiecit, nec idola Ægypti reliquerunt:
& dixi vt effunderem indignationem
meam super eos, & implerem irã meam
in eis, in medio terræ Ægypti. Et feci
propter nomen meum, vt non violaretur
coram gētibus, in quarum medio erant,
& inter quas apparui eis, vt educerẽ eos
de terra Ægypti. Eieci ergo eos de terra
Ægypti, & eduxi eos in desertũ. Et dedi
eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi
eis, quæ faciens homo, viuet in eis. Insuper
& sabbatha mea dedi eis, vt essent si-
gnum inter me & eos: & scirent quia ego
Dominus sanctificans eos. Et irritauerunt
 me

me domus Israel in deserto, in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea proiecerunt, quæ faciens homo, viuet in eis: & sabbatha mea violauerunt vehementer. Dixi ergo vt effunderem furorem meum super eos in deserto, & consumerem eos. Et feci propter nomē meum, ne violaretur coram gentibus, de quibus eieci eos in conspectu earū. Ego igitur leuaui manum meam super eos in deserto, ne inducerem eos in terram quam dedi eis fluentem lacte & melle, præcipuam terrarū omnium: Quia iudicia mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt, & sabbatha mea violauerunt: post idola enim cor eorum gradiebatur. Et pepercit oculus meus super eos, vt non interficerem eos: nec consumpsi eos in deserto. Dixi autem ad filios eorum in solitudine. In præceptis patrum vestrorum nolite incedere, nec iudicia eorum custodiatis, nec in idolis eorum polluamini. Ego Dominus Deus vester, in præceptis meis ambulate, & iudicia mea custodite, & facite ea: & sabbatha-

sabbatha mea sanctificate, vt sint signum inter me & vos: & sciatur, quia ego sum Dominus Deus vester. Et exacerbauerunt me filij, in preceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea non custodierunt, vt facerent ea: quæ cum fecerit homo, viuet in eis: & sabbatha mea violauerunt: & comminatus sum, vt effunderem furorẽ meum super eos, & implerem irã meam in eis in deserto. Auerti autem manum meam, & feci propter nomen meum, vt non violaretur coram gentibus, de quibus cieci eos in oculis earum. Iterum leuauì manum meam in eos in solitudine, vt dispergerem illos in nationes, & ventilarem in terras: eò quòd iudicia mea nõ fecissent, & precepta mea reprobassent, & sabbatha mea violassent, & post idola patrum suorum fuissent oculi eorũ. Ergo & ego dedi eis precepta nõ bona, & iudicia in quibus non viuent: & pollui eos in muneribus suis, cum offerrẽt omne quòd aperit vuluã, propter delicta sua: & scient quia ego Dominus. *Quamobrem loquere ad domum Israel fili hominis, & dices*
ad

ad eos: Hæc dicit Dominus Deus, Ad-
huc & in hoc blasphemauerunt me patres
uestri, cum spreuissent me contēnentes:
& induxissent eos in terram, super quam
leuauī manum meam vt darem eis: vide-
runt omnem collem excelsum, & omne
lignum nemorosum, & immolauerunt ibi
victimas suas: & dederunt ibi irritationē
oblationis suæ, & posuerunt ibi odorem
suauitatis suæ, & libauerunt libationes
suas. Et dixi ad eos, Quid est excelsum ad
quod vos ingredimini? & vocatū est no-
men eius Excelsum, vsque ad hanc diem.
Propterea dic ad domum Israël, Hæc di-
cit Dominus Deus: Certè in via patrum
vestrorum vos polluimini, & post offen-
dacula eorum vos fornicamini. Et in obla-
tione donorum vestrorum, cum traduci-
tis filios vestros per ignem, vos polluimi-
ni in omnibus idolis vestris vsque hodie:
& ego respondebo vobis domus Israël:
Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia non
respondebo vobis. Neque cogitatio mé-
tis vestræ fiet, dicentium: Erimus sicut
gentes, & sicut cognationes terræ, vt co-
lamus

lamus ligna & lapides. Vno ego, dicit Dominus Deus, quoniam in manu forti, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos. *Et educam vos de populis, & cōgregabo vos de terris, in quibus dispersi estis, in manu valida, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos. Et adducam vos in desertum populorum, & iudicabor vobiscum ibi facie ad faciem. Sicut iudicio contendi aduersum patres vestros in deserto terræ Ægypti: sic iudicabo vos, dicit Dominus. Et subijciam vos scepro meo, & inducam vos in v̄inculis fœderis. Et eligam de vobis transgressores & impios, & de terra incolatus eorum educam eos, & in terram Israel non ingredientur: & scietis quia ego Dominus. Et vos domus Israel. Hæc dicit Dominus Deus, Singuli post idola vestra ambulate, & seruite eis. Quòd si & in hoc non audieritis me, & nomen meum sanctum pollueritis v̄l trà in muneribus vestris, & in idolis vestris: in monte sancto meo, in monte excelso Israël, ait Dominus Deus, ibi seruiet*

uiet mihi omnis domus Israël, omnes, inquam, in terra in qua placebunt mihi, & ibi quæram primitias vestras, & initium decimarum vestrarum in omnibus sanctificationibus vestris. In odorem suauitatis suscipiam vos, cùm eduxero vos de populis, & congregauero vos de terris, in quas dispersi estis: & sanctificabor in vobis in oculis nationũ. Et scietis quia ego Dominus, cùm induxero vos ad terram Israël, in terram pro qua leuaui manũ meam, vt darem eam patribus vestris. Et recordabimini ibi viarũ vestrarũ, & omnium scelerum vestrorum, quibus polluti estis in eis: & displicebitis vobis in conspectu vestro in omnibus malitijs vestris quas fecistis. Et scietis, quia ego Dominus, cùm benefecero vobis propter nomen meum, & non secundum vias vestras malas, neque secundum scelera vestra pessima domus Israel, ait Dominus Deus. Haftenus Ezechiel.

His affinia tradit Habacuc, dũ inquit: *Pro iniquitate, vidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur pelles terra Madian.* Quibus verbis,

verbis, duas populi Israëlitici insignes vi-
 ctorias referre creditur Vates: alterâ sub
 Othoniele, alteram sub Gedeone, duci-
 bus & iudicibus Hebræorum. Etenim,
 quo in loco nostra versio habet, *Æthio-
 pia*, Hebraica lectio habet, *כּוּזַן* Chusan: vi-
 ri, scilicet, proprium nomen, de quo sic le-
 gimus in Iudicum historia: Fecerunt filij
 Israël malum in conspectu Domini, &
 obliti sunt Dei sui, seruientes Baalim &
 Astaroth. Iratusque contra Israel Domi-
 nus, tradidit eos in manus Chusan-
 rasathaim regis Mesopotamiæ: serui-
 eruntque ei octo annis. Et clamauerunt ad Do-
 minum: qui suscitauit eis saluatorem, & li-
 berauit eos, Othoniel videlicet filium Ce-
 nez, fratrem Caleb minorem: fuitque in eo
 spiritus Domini, & iudicauit Israël. Egres-
 susque est ad pugnam, & tradidit Do-
 minus in manus eius Chusan-rasathaim re-
 gem Syriæ, & oppressit eum. Quieuitque
 terra quadraginta annis, & mortuus est
 Othoniel. Hucusque liber Iudicum. At
 verò, quoniam *כּוּזַן*, nomen est etiam pro-
 prium filij Cham, & nepotis Noë: cui
 post

Iudic. 3. 7.

Gen. 10. 6.

post diluuium ea regio, quæ nũc dicitur Æthiopia, habitanda celsit, & ab eo nomenclaturam accepit, vocabulorũ similitudine, neoterici omnes doctiores factum putant, vt in hoc loco Septuaginta seniores, hiſq; consentiens Vulgatus interpretres, pro rege Mesopotamię Chufan, regionem reddiderint Æthiopię.

Quod autem sequitur: *Turbabuntur pelles terra Madian*: celeberrimam illam victoriam refert, quam soli trecenti viri sub Gedeone, de infinita Madianitarũ turba, lagenis comploſis tantũ modò, reportarunt. Fecerunt quippè filij Iſraël malũ in cõſpectu Domini: qui tradidit illos in manu Madian ſeptem annis, & oppreſſi ſunt valde ab eis. Cumque ſeuiffet Iſraël, aſcendebat Madian & Amalec, cæteri que Orientalium nationum: & apud eos figentes tẽtoria, ſicut erant in herbis, cũctã vaſtabãt, vſq; ad introitũ Gazæ: nihilq; omninò ad vitã pertinens relinquebãt in Iſraël, nõ oues, nõ boues, nõ aſinos: Iſſi enim & vniuerſi greges eorum veniebãt cũ tabernaculis ſuis, & inſtar locuſtarum

Iudic. 6. 1.

vniuersa cōplebant, innumera multitu-
do hominū & camelorū, quicquid tetige-
rant deuaſtantes. Humiliatusq; eſt Iſraël
valde in cōſpectu Madiā. Et clamauit ad
Dñm, poſtulans auxiliū contra Madiani-
tas. Cūmq; Gedeon purgaret frumēta in
torculari, vt fugeret Madian, apparuit ei
Angelus Domini, & ait: Dñs tecū virorū
fortiſſime. Vade in hac fortitudine tua,
& liberabis Iſrael de manu Madian: ſcito
quòd miſerim te. Ego ero tecū: & percu-
ties Madian, quaſi vnum virum. Igitur
Omnis Madian & Amalec, & Orienta-
les populi cōgregati ſunt ſimul, & trāſeū-
tes Iordanem, caſtra metati ſunt in valle
Iezraël. Spiritus autē Domini induit Ge-
deon, qui clangens buccina conuocauit
domū Abi-ezer, vt ſequeretur ſe. Miſitq;
nuntios in vniuerſam Manaſſen, qui &
ipſe ſequutus eſt eum: & alios nuntios in
Aſer, & Zabulon, & Nephtali, qui occur-
rerunt ei. Igitur Ierobaal qui & Gedeon,
de nocte conſurgens, & omnis populus
cum eo, venit ad fontem, qui vocatur
Harad: erant autem caſtra Madian in val-

le ad Septentrionalē plagā collis excelsi. Dixitq; Dñs ad Gedeon, Multustecū est populus, nec tradetur Madian in manus eius: ne glorietur cōtra me Israel, & dicat, Meis viribus liberatus sum. In trecētis viris, qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian: omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locum suum. Sumptis itaq; pro numero cibarijs & tubis, omnem reliquam multitudinem abire præcepit ad tabernacula sua: & ipse cū trecētis viris se certamini dedit. Madian autē & Amalec, & oēs Orientales populi fusi iacebant in valle, vt locustarū multitudo: cameli quoq; innumerabiles erant, sicut arena quæ iacet in littore maris. Diuisit igitur Gedeō trecētos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorū, lagenasq; vacuas, ac lapades in medio lagenarū. Et dixit ad eos, Quod me facere videritis, hoc facite: ingrediar partem castrorum, & quod fecero sectamini. Quando personuerit tuba in manu mea, vos quoq; per castrorū circuitum elāgite, & conclamate, Domino

& Gedeoni. Ingressusque est Gedeon, & trecenti viri qui erant cum eo in partē castrorum, incipiētibus vigilijs noctis mediæ: & custodibus suscitatis, ceperūt buccinis clangere, & cōplodere inter se lagenas. Cumq; per gyrū castrorum in tribus personarēt locis, & hydrias cōfregissent, tenuerunt sinistris manibus lampades, & dextris sonabant tubis, clamaueruntque; *Gladius Dñi & Gedeonis*: stantes singuli in loco suo per circuitū castrorum hostilium. Omnia itaq; castra turbata sunt, & vociferantes, ululantesq; fugerūt: & nihilominus insistebāt trecēti viri buccinis personantes. Immisitq; *Dñs* gladium in omnibus castris, & mutua se cæde trūcabant, fugientes vsq; ad Beth-seca, & crepidinem *Abel-mehula*, in *Tabbath*. Cōclamantes autē viri *Israël* de *Nephtali* & *Aser*, & omni *Manasse*, persequēbantur *Madian*. Misitque Gedeon nuntios in omnē montem *Ephraim*, dicens: Descēdite in occursum *Madian*, & occupate aquas vsque *Beth-bera*, atq; *Iordanē*. Clamauitq; omnis *Ephraim*, & præoccupauit

cupauit aquas atque Iordanem vsque Beth-bera. Apprehensosque duos viros Madian, Oreb & Zeb, interfecit Oreb in Petra Oreb, Zeb verò in Torculari Zeb. Et persecuti sunt Madian: capita Oreb & Zeb portantes ad Gedeon trāsfluenta Iordanis. Has igitur duas historias neoterici omnes interpretes Vatem nostrum referre arbitrantur, multiplex videlicet argumentū diuinæ misericordiæ in Israëlitas commemorantem. Contigit autem, ait ex illis quidam, vocabulorum Chus & Chusan similitudine hūc locum ita obscurū effici, vt nisi Hebraica exemplaria succurrerent, non explicāda, sed diuinanda nobis foret interpretatio. Porrò, veteres expositores vniuersi, quod dicitur: *Vidi tentoria Æthiopia*: partim de tetrīs dæmonibus, partim de sceleratis hominibus interpretati sunt. Verūm hæc pertinent ad allegoriam, nos historicum persequimur sensum.

Et mihi quidem, etiam iuxta literalem intelligentiā, diuinatione locus hic haud quaquā indigere videt, quāuis exēplaria

Hebraica non subuenirent. Existimo autem olim Hebræis codicibus germanam lectionem fuisse Chusim, non Chusan: est autē כוש Chus, Æthiopia: כושי Chusi, Æthiops: כושיים Chusim, Æthiopes. Chusim verò legisse Septuaginta interpretes, ex eorum versione fit manifestū, vertunt enim: τας σκηνας αιθιοπων, id est, tabernacula Æthiopum. Quin etiam verisimile mihi admodum fit, Aquilam, Theodotionem, & Symmachum, adde his etiam Quintam & Sextam editionem, Æthiopum vertisse: cū Hieronymus, si quis eorum aliter interpretatur aliquando, mox in commentarijs annotare consueuerit. At in hoc loco nullius diuersæ versionis mentionem intulit: sed ipse etiam, cū legisset Chusim, Æthiopiæ interpretatus est: nihil referre arbitratus, si Æthiopum diceret, an Æthiopiæ. Prætereà, rex Mesopotamiæ non simpliciter est dictus Chusan, sed Chusan-rasathaim: apud Habacuc verò duntaxat legitur Chusan. Quod nomen non magis existimo idem esse quod Chusan-rasathaim: quam existi-

mo idem esse nomen Melchi, quod Mel- *Luc. 3. 24.*
 chias, aut Mel-chisua, aut Melchiel, aut *Jer. 21. 1.*
 Melchiram, aut denique Melchisedec. *1. Re. 14. 49*
Gen. 46. 17
 Et fortasse scioli cuiuspiam audacia, pro *1. Par. 3. 18.*
 Chusim, itrepfit in vatem nostrum Chu- *Gen. 14. 18*
 san, dum ignorat quid sibi velit Prophe-
 ta, nec commoda vlla Æthiopiæ illi suc-
 currit interpretatio aut historia. Quod si
 etiam olim Hebraica exemplaria, vt nūc
 quoquē, habuissent Chusan, credibile est
 tam multis bonisq̄ue suffragantibus te-
 stimonijs, Æthiopiam significare, sicut
 & Chus, paragogenq̄; syllabæ, An, factā
 fuisse rhithmi causa, vt voci Madian siue
 Midiā, quæ paulò pòst sequit̄, ex aduerso
 resonaret, & quod frequens est apud di-
 uinos vates, vtraquē versus pars, vtrunq̄;
 hemistichium, similiter desineret. Pro
 iniquitate, Vidi tentoria Chusan, turba-
 buntur pelles terræ Madian. Inueniūtur
 huiusmodi paragoges, aphæreses, synco-
 pæ & apocopæ poëtica, in Psalmis, lite-
 rarumq̄; etiam transpositiones, vt à Gene-
 brardo notatum est aliàs, & in Psalmo vi-
 gesimo nono, versu nono, & Psalmo ter-

tio, versu octauo, & Psalmo quadragesimo supra centesimū, versu tertio. ¶ Adde etiam, quòd Chusan plurale esse potest, sicut & Chusim: pluralia enim apud Hebræos sæpè indifferenter per, ך, Nun, & per ם, Mem, solent terminari, vt Iamin, & Iammin per daghes, id est, Maria: Cherubim, & Cherubin. Quod etiam Genebrardus notauit in Psalmo octuagesimum octauum, versu decimo tertio. Est igitur Chusin idem quod Chusim. Quod aut̄ nūc legitur in Hebræis codicib⁹ Chusan, Rabbinorū est inuentū, qui post Hieronymi sanctissimi tēpora, pūcta pro vocalibus excogitarūt: cū nondū, vt cōmuniter creditur, Hieronymi tēpestate pūcta vocalibus deseruirēt. Porro si absque vocalibus legas חושן, nihil impedit quominus legas Chusin, id est, Aethiopum. ¶ Ad hæc, animū inducere nō possum, vt credā, Vatem in hoc loco, Othonielis historiæ meminisse: si quidē in ea nihil insolitum & egregiū, nihil alijs Iudicū historijs præstantius & excellentius, nihil dignius admiratione contigisse refertur.

Vnde

Vnde hanc potiùs, quàm præclarissima gesta Deboræ & Barac, aut Iephte, vel prodigiosa etiam facinora Samson, in exemplum selegisse credamus.

EGO igitur sic existimo, solius Madianiticæ expeditionis Habacuc fecisse mentionem, & *Tentoria Æthiopia* atque *Pelles Madian*, ipsissimum significare: ut familiare huic Prophetæ in primis est, quæ suboscure aut indeterminatè prædixerat, apertius è vestigio repetere, & si quæ ambigua præmiserat, certiorum appositione declarare. Madianitas verò dictos fuisse Æthiopes, velex eo patet, quod Sephora filia Raguelis sacerdotis Madiæ, vxor quæ Moÿsi, Æthiopiſſa ab Scriptura vocatur. *Etsi em̄ posterioris ætatis homines, Æthiopum nomē ad eos dūtaxat qui iuxta Aegyptum ad meridiem habitant, traduxerunt: at olim hoc vocabulū latiùs patuit. Homerus Æthiopes duplices fuisse testatur, canens in hunc modum:*

*Sed hic Æthiopus adierat procul existētes:
Æthiopus, qui bisariam diuisi sunt extre-
mi hominum:*

Hi qui-

Exo. 2. 16.

21.

Nu. 12. 1.

*Hicquidē ad occidētē Solē, illi autē ad orientem.
Agit autē Homerus de Neptuno, qui ad
Aethiopas conuiatum secesserat. Ho-
merum imitatus Seneca in Hercule fu-
rente, Iunonem in hunc modum de Her-
cule conquerentem inducit:*

*Quæ bella? quidquid horridum tellus creat
Inimica, quicquid pontus, aut ær tulit
Terribile, dirum, pestilens, atrox, ferum,
Fractū atq; domitū est, supat et crescit malis,
Fraquē nostrā fruitur, in laudes suas
Mea vertit odia, dum nimis saua impero:
Patrem probauit inde, qua lucem premit
Aperit quæ Tethys, quæ ferens Titāam diem:
Binos propinqua tingit Æthiopas face.*

*Euripides in Phaëtonte, traditā esse Cly-
ménen Meropi, & terrę eius imperium
habere dicit:*

*Quā primā tellurem Sol quadrigis exoriens
Aurea flamma percutit:
Eam finitimi facie nigri homines, id est,
Melambroti,
Lucentem auroram & solarium equorū sta-
tiones appellant.*

*Virgilius auxiliares copias Athiopsis Mé-
nonis*

nonis, cum quibus Troiam venit, Orientales vocauit:

Eoâsq; acies, & nigri Memnonis arma.

Nigri autem dixit, id est, Aethiopsis: ad etymon nanq; Aethiopsis alluisse videtur. Sunt enim qui Aethiopiam dictâ velint à verbo Græco *αιθη*, quod vro, incêdo, ardeoq; significat, & *οπις*, id est, facies, & aspectus: quòd Solis ardore torreâtur, nigriq; sint aut decolores Aethiopes. Diodorus Siculus, Memnonis Aethiops Assyrijs finitimos ostendit, ait enim: Solum memoratur auxilium Troianis ab Assyrijs missum. Dux præsidij Memnon, Tithoni filius fuit. Theutamo enim in Asia regnante, qui vigesimus à Nino atq; Semiramide descendit, Agamemnonem tradunt aduersus Troiam cum Græcis bellum mouisse, cùm Assyrij ampliùs mille annis Asiæ imperassent. Cùm verò Priamus bello oppressus, à rege Theutamo præsidium, vt potè Assyrijs subditus, per legatos postulasset, ille decem millia Aethiopum, totidemq; Susianos cum ducētis curribus duce Memnone ad Troiam misit.

misit. Erat tunc Tithonus præfectus Persarum, acceptus maximè regi. Memnon verò ætate florens, ac animi corporisque præstans viribus, maximè ea tempestate vigebat. Aedificasse eum ferunt loco excelsiori regiam, quæ vsque ad Persarum imperium permanfit: Memnonia ab illo denominata. Strauit & viam Leophorã in ea regione, quæ adhuc Memnonia vocatur. Hæc Diodorus. Fuerunt igitur & Orientales Aethiopes, quibus Memnon præfuit, vnde & Auroræ filius vocatus est, Susianis, vt ex Diodoro colligitur, finitimi. At Susiana Asiæ est regio, Persicæ ditionis, quæ à Septentrione terminatur Assyria, ab Occasu Babyloniæ adiacet, ab Oriente habet Persidem, à Meridie partem Persici sinus.

Andromedam præterea & Aethiopsam fuisse, & in Aethiopia ad saxum alligatam, & belluæ marinæ expositam, canunt Poëtæ. Ovidius enim de Perseo enarrans, sic inquit:

*Gentibus innumeris circumquæ infraquæ
relictis,*

Æthio-

Aethiopiū populos, Cephaequè cōspicit arua:

Illic immeritam materna pendereliqua

Andromedam pœnas iniustus iusserat

Hammon.

Quā simul ad duras religatā brachia cautes

Vidit Abantiades, nisi ex leuis aura capillos

Mouerat, est tepido manabant lumina fletu,

Marmoreum ratus esset opus.

Et tamen *Andromedam* in Ioppe expositam fuisse marinæ belluæ, multorum & oculatorum ferè testimonijs haud rejiciendis tenemus. *Solinus* sic scribit: *Idumæa* inde incipit palmis opima. Deinde Ioppe, oppidum antiquissimum toto orbe, vtpotè ante inundationem terrarum conditum. Id oppidum saxum ostentat, quod vinculorum *Andromedæ* vestigia adhuc retinet, quam expositam belluæ non irritus rumor circumtulit. Quippè ossa monstri illius. *M. Scaurus* inter alia miracula in ædilitate sua *Romæ* publicavit. *Annalibus* nota res est. *Solinus* huc usq; Cui & *Plinius* & *Pomponius Mela*, & non in vno tantum loco diuus *Hieronymus*, attestantur. *Hieronymus* nanq; in *Epi-*

in Epitaphio Paulæ consentit, & in Ionæ commentarijs sic inquit: loppé portum esse Iudææ, & in Regnorū & in Paralipomenon libris legimus: ad quē Hiran rex Tyri ligna de Libāno ratibus trāsferēbat, quæ Ierusalem terreno itinere perueherentur. *Hic* locus est, in quo vsq; hodie saxa mōstrātur in littore, in quibus Andromeda religata, Persei quondā sit liberata præsidio. Hæc ille. Tenemus igitur antiquos Æthiopas etiā in Palæstina, aut Palæstinæ cōterminos. Ephorus, inquit Strābo, antiquā de Æthiopia manifestat opinionē, ait enim: Æthiopū nationē ab ortu brumali vsq; ad Occasus extēdi. Deniquē Strabo ipse, post quā de Homericis versibus longissimā disputationem cōtexuit, ad extremum de bipartitis Æthiopibus sic decernit: Sicut Argiuos & Achæos, inquit, non cunctos dicimus, qui aduersus Ilium expeditionē suscepēre, *Homerus* autē omnes sic appellat: Simile & quod loquor est de bipartitis Æthiopibus: omnes accipiendi sunt qui ad Oceani oras extēti incolunt ab Oriēte vsq; ad Occidentē Solem.

Solem. Nā qui sic appellantur Æthiopes, bipartiti naturaliter sunt sinu Arabico, instar fluminis, meridiani circuli partitione non contēnenda, lōgitudine fermè stadiorū supra quindecim millia, latitudine nō multo maiore quā mille, vbi maxima est. Insuper & lōgitudini illud adest, istius sinus successū a Pelusiaco mari tribus vel quatuor diebus distare, quod terra ipsa interiācēs, id est, Isthmos cōtinet. Sicut igitur qui eruditiores Asiā ab Africa diuidūt, hūc esse natura cōmodiorem arbitrātur terminū, vtriusq; terræ sinum, siue Nilum. Illū nanq; omniformiter ferē à mari ad mare peruenire: Nilum autē multipliciter ab Oceano distare, ita vt minimè Asiā oēm ab Africa diuidat. Hūc in modum & ego poētā ipsum Homerum puto omnes meridianas partes hoc ipso sinu per totum terrarum orbem bipartire, iure cogitasse. Quæ hucusquē diximus, Strabonis sunt verba.

Sunt etiam qui Æthiopię nomine partem Indię Orientalis intelligant: Æthiopesq; à veterib⁹ dictos fuisse qui in India
sint,

sint, Seruius grammaticus annotauit:
hocq; Ouidium significasse quidam vo-
lunt, cùm dixit:

*Perseus Andromeden nigris portauit ab
Indis.*

Et Sappho ad Phaonem:

*Candida si non sum, placuit Cepheia Perseo
Andromede, patria fusca colore sua.*

Aethiopes enim quondam ad Indū flu-
uium habitasse feruntur, relictisque sedi-
bus suis, iuxta *Ægyptum* concedisse, &
paulatim etiam ad interiora *Africę* pene-
trasse. Rumorq; est, ait *Ephorus*, apud
Tartesos, quod *Aethiopes* *Africam* vsq;
ad Occasum ingressi sint, partimq; ibidē
mansisse, partim verò etiam maritima
magno spatio occupasse.

Ergo duplicem *Aethiopiam*, Orien-
talem videlicet & Occidentalem, cùm
ex diuinis libris, tum ex ceteris scrip-
toribus facile cognoscimus. Occiduos
Aethiopes peragrat Nilus, hæcque *Æ-*
thiopia *Libyę* est, maximum totius
Africę latus. Altera ab ortu maris rubri
sita est: finduntur quippè duæ *Aethiopię*
finu

sinu Arabico, introeunte in terras, & penè mari mediterraneo associante sese: vt vix centum quindecim passuum millia abesse credatur. Et, vt propiùs accedamus ad *Habacuc*, ego, pro mea quidè sententia, Arabes qui intra sinum Arabicū & Persicū sunt, Æthiopes orientales diuinis scriptoribus haberi autumo. Neq; em̄ Tharacan, qui aduersus *Assyriorum* regē expeditionē parauit, Æthiopum *Libyæ* regem fuisse, verùm Orientalium, id est, Arabum, potiùs existimo. Fuere quippè Nomades *Scenitæ*, Arabiam incolentes, Chaldæorum infestatores acerrimi, vt *Plinius* tradit. Rabbi *Dauid* nominum *Hebraicorum* interpres, *Ismaëlitas*, ac *Madianitas*, Æthiopes vocari decernit. Cōstat autem è sacris atq; prophanis libris, hos esse Arabas, *Madian* & *Ismael* *Abrahæ* filios ex cōcubinis: quos pater adhuc viuens separasse dicitur ad Orientalē plagam. Filij *Ismaël*, autore *Iosepho*, tenuerunt quicquid terrarum est *Euphratem* inter & mare rubrum, *Nabatææ* nomine regioni indito. Filij autem *Madian* tenuerunt

4. Re. 19. 9
 Isa. 37. 9.

Gen. 16. 15.
 Gen. 25. 2.

nuerunt partes fœlicis Arabiæ, & Trogloditas: præter Epher, à quo Africa nomen sortita est. Hieronymus Madian trās Arabiam constituit, ad Meridiem in deserto Saracenorū, contra Orientē maris rubri. Porrò, Orientalem plagam Arabici sinus Æthiopiam vocari, Septuaginta interpretes manifestè prodiderunt. Etenim vbi in Psalmis legūt Hebræi: Tu confregisti capita Leuiathã, dedisti eum escã populo deserta incolenti, aut, dabis eum populo siccis, זימן Zijm: Septuaginta verterunt Æthiopum: quos Hieronymus quoque sequutus est. Commemorat autem Psalmographus miraculum maris rubri, & Ægyptiorum depressionem, ac demersionem. Et Leuiathan piscis ingēs Pharaonem assimilat in mari demersum, & ad littora oriētalia Arabici sinus cū omni suo exercitu compulsus. Qua cōparatione vsuse est & Ezechiel, dicens: Ecce ego ad te Pharao rex Ægypti draco magne, qui cubas in medio fluminum. Isaias etiã Pharaonem, draconem appellat: Nunquid non tu percussisti superbū,

vulne-

Pf. 73. 14.

Exec. 29. 3

Isa. 51. 9.

vulnerasti draconem? Nunquid non tu siccasti mare, aquam abyssi vehementis: qui posuisti profundum maris viam, vt transirent liberati? Compulsus est autem Pharao & Ægyptiorū exercitus in eam littorum partem, in qua erant Hebræi. *Ex. 14. 31.* Viderūt quippè, inquit *Exodus*, Ægyptios mortuos super littus maris, & manū magnam quam exercuerat Dominus cōtra eos. Erant porrò Hebræi ad littus Orientale maris rubri, versus Palæstinā, & Arabiæ montē Sinai. Tulit nanq; Moyses Israël de mari rubro, & egressi sunt in desertum Sur. Hūc ergo canit *Dauid* eiectū piscem ingentem ac superbum: datumq; escam populis Æthiopum, id est, Arabū, quos, Æthiopes esse Orientales, Septuaginta interpretati sunt. Significat autem *Dauid*, cadauera Ægyptiorum ad littus eiecta, prædam & pastum fuisse Arabum bestiarum. Similiter, vbi Hebraica habent: Faciebus eius genuflectent eremita: vel, Coram illo procident habitatores deserti: quod *Pagninus* transtulit: Septuaginta verterunt: Coram illo procidēt

Æthiopes. Pro *Æthiopes* verò sicut in superiori loco, *Hebræis* est צִיָּוִן, *Zijm*: exusti, scilicet, sitientes, aut squalentes: significatq; populos *Arabia* desertæ. Canit enim *Psalmus*, venturos de *Saba* atq; finitimis regionibus populos regē adoraturos: & gentes *Dei* inimicas, vltro subituras iugum *Messia*. In *Psalmis* adhuc, cum legimus: *Ecce alienigenæ & Tyrus, & populus Æthiopum*, hi fuerunt illic: gentes vicinas aspiciamus comprehendimus: nam pro *Alienigenis*, in *Hebræo* ponitur גֵּרִים, *Hieronymus* transtulit *Palæstinā*. Illud quoque quod dicitur in libro *Paralipomenon*, *Æthiopia* *Arabia* confinem ostendit: *Suscitavit Dominus*, inquit, contra *Ioram* spiritum *Philistinorum & Arabum*, qui confines sunt *Æthiopibus*. *Ecce Palæstini, Arabes, & Æthiopes*, vicinæ ac finitimæ nationes. Neque mirū, si *Arabia*, aut *Arabia* pars, *Æthiopia* vocatur: in *Arabia* enim sedes locavit *Saba*, filius *Chus*, à quo *Arabes Sabæi* appellantur. Vnde forsitan, nunc à filio & nationis conditore, *Sabæi*, nunc à patre,

à patre, ob genus & originem, Chusitæ
 Hebraicè, id est, Aethiopes dicuntur. Nā *Gen. 25. 13.*
 & ijdem ipsi quandoque à patre, Ismaëli-
 tæ: nonnunquàm à filio, Nabathæi nun-
 cupantur. Ita similiter & Hebræi, quos
 nōnulli ab Abraham Hebræos dictos vo-
 lunt: modò Iudæorum, à Iuda pronepote
 ipsius Abraham: modò Israelitarum, à Ia-
 cob Iudæ patre & nepote Abraham, no-
 mina in Scripturis accipiunt. Ægyptus *Gen. 10. 6.*
 Hebræis vulgò nominatur Misraim, ab
 eiusdem nominis filio Cham: & tamen
 terq; quaterq; ab ipso patre *Pf. 77. 51.*
 phus eam appellauit Terram Cham, & ta *Pf. 104. 23.*
 bernacula Cham. Hac denominādarum *27.*
 regionum, gentium & ciuitatum figura, *Pf. 105. 22.*
 sēpissimè ethnici autores abusi sunt, vt à
 conditorum parentibus vocabula dedu-
 cerent, & vt nomina etiam de vicino mu-
 tuarentur. Quale est illud apud Maronē:
Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris
urbem:

Sed fines Libyci, genus intractabile bello.

Ergo vt ad propositum recurrat oratio:
Vidi tentoria Æthiopia, & Turbabuntur pel-

les terra Madian: idem sunt, & vnâ atque
candem tantummodò historiã referunt
Gedeoniſ. Ne enim de occiduis Æthio-
pibus priùs dixiſſe putaremus, Madiani-
tarum mentionem ſubintulit Habacuc:
ambigua priora ex poſteriorum ac cer-
tiorum appoſitione declarans. Quòd au-
tem pelles & tentoria attribuit his genti-
bis, indicat fortasè, hos Arabas Sceni-
tas fuiſſe, id eſt, ſub pellibus aut tentorijs
degentes. Vagi quippè ipſi & errabundi,
à tabernaculis cognominati ſunt, quæ
pellibus & cilicijs metabantur vbilibet.
Cicero libro ſecundo Academicarum
quæſtionum, Pelles pro caſtris & tento-
rijs, quæ olim ex pellibus fiebant, uſurpa-
uit, de Lucullo ſic dicens: Maiore ſtudio
Lucullus cùm omni literarũ generi, tùm
philophiæ deditus fuit, quàm qui illum
ignorabant arbitrabãtur: nec verò in eun-
te etate ſolùm, ſed & Quæſtor aliquot an-
nos, & in ipſo bello, in quo ita magna
rei militaris eſſe occupatio ſolet, vt non
multum imperatõri ſub ipſis pellibus otij
relinquatur.

Inquit

Inquit igitur Habacuc: Cùm populus
 Israël omni facinorum & impietatis ge-
 nere flagraret: vidi ego, dum antiqua Dei
 beneficia veteresq; historias mecum re-
 colo, Vidi, inquam, turbari tentoria *Æ-*
thiopiæ, vidi, inquam, turbari pelles terre
Madian. Vidi innumerabilem *Aethiopū*
Madianitarum exercitū, à trecētis solum-
 modò viris fūsum; fugatū, & cæsum: &
 cortinas ac vela, quibus *Madianitarum*
 plaustra & tabernacula obteguntur, tur-
 bata omnia, & confusa nimio terrore cō-
 spexi & obuoluta. Alludit forsità *Vates*
 ad id, quod è *Madianitis* quidā narrabat
 socio: Cùm em̄ venisset *Gedeon* in *Ma-*
dianitarū castra, narrabat aliquis somniū
 proximo suo, & in hunc modū referebat
 quod viderat. Vidi somniū, & videbatur
 mihi quasi subcineritius panis ex hordeo
 volui, & in castra *Madian* descendere:
 cūq; peruenisset ad tabernaculum, per-
 cussit illud, atq; subuertit, & terræ fundi-
 tus coęquanit. Respondit is cui loqueba-
 tur, Non est hoc aliud, nisi gladius *Ge-*
deonis filij *Ioas* viri *Israëlitæ*: tradidit

Judic. 7. 13.

enim Dominus in manus eius Madian,
Iud. 7. 21. & omnia castra eius. Et postmodum etiã
 in eodem capite dicitur: vociferantibus
 Israelitis, complodentibusque lagenas,
 Omnia castra fuisse turbata. Et fortassis,
 per Synecdochen, Pelles atque Tentoria
 pro Castris omnibus vsurpantur. ¶ Ver-
 bum *Turbabuntur*, vt diximus, tam ad ea
 quæ præcedunt, *Tentoria Æthiopia*, quã
 ad ea quæ sequuntur, *Pelles terræ Madian*,
 Zeugmatis figura coaptatur. Quòd si
 diastole non ponatur post nomen *Æthio-
 pia*, sed post verbum *Turbabuntur*, in hunc
 modum: *Vidi tentoria Æthiopia turbabun-
 tur: pelle terræ Madian*, manifestior fieret
 sententia: esset nanque apertissimè sen-
 sus: *Vidi turbari tentoria Æthiopiæ, pel-
 les videlicet terræ Madiã*. Vt, scilicet, per
 appositionem, *Pelles Madian*, quæ sin-
 tentoria *Æthiopia* declarent.

*Nunquid in fluminibus iratus es Domine? aut
 in fluminibus furor tuus? vel in mari indi-
 gnatio tua? qui ascendis super equos tuos,
 & quadriga tua saluatio. Suscitans susci-
 tabis*

tabis arcum tuum, iuramenta tribus quæ locutus es. Semper. Fluvios scindes terra. Viderunt te, & doluerunt montes, gurges aquarum trāsijt, dedit abyssus vocem suam, altitudo manus suas leuauit.

ADhuc profequitur Habacuc miracula & beneficia diuina, quibus vice scelerum & iniquitatis pœnæ, Iudæorū populū Deus olim affecerit & exornauerit: nullis eorum criminibus præpeditus, quin priscis illorum patribus factas impleret pollicitationes. Adducit autem in hoc argumentum duo illustrissima diuinæ misericordiæ erga infidos Iudæos testimonia: diuisi nempe Iordanis ac maris rubri prodigiosa & stupenda miracula. Hæcque poëticiis exornationibus, Hebraicæque linguæ proprijs atque elegantissimis translationibus, & vt Plinij verbis dicam, dignis digna loca picturis cōdecorauit. Prophetæ autē verborū mēs hæc mihi esse videtur: Cū olim intumescentem Iordanem, alueiq; sui ripas tempore mæsis implentē, veluti increpando

discin.

Iosue. 3. 15.

discinderes: imouerò, cùm mare rubrum, flante vento vehementi, quasi obiurgando dirúperes: cū fluuij ipsi, veluti ad præsentia tuam tremebundi & consternati, recederēt ac disseccarentur, vt populo tuo transitionē præberent: *An ne Dñe id fecisti, eò q̄ aliquando flumina ipsa vel mare te iniuria aliqua laccessissent? offensus ne ab illis, & ob aliquam culpam illis infensus, tā magna illis inferebas supplicia? Certè, Dñe, nullum tibi cum aquis negotium fuerat, quæ ab ipso cõditionis suæ exordio obsequentissimè tibi paruerūt: verum suscitans atq; renouās, implensq; promissa & iuramenta patribus nostris & eorū posteritati depacta, exerebas potentiam tuam, denudabas arcum tuum, equosq; tuos & quadrigas ascendebas, id est, omnigenis atq; fortissimis pugne instrumentis validissimè decertabas: non vtique ob aliam causam, quàm vt populo tuo fieres salus atque saluatio, & vt firma rataq; fieret facta ad patres de hæreditate promissio. Hac sanè ratione, non aquarum odio, fluuios terræ scidisti*

disti, & velut iratus & indignabundus, tonitru & increpatione dissecasti. Senserunt quippè fluuij præsentiam tuam, vidit Iordanis arcam testamenti ac fœderis tui cum filijs Israël, in qua velut in curru quodam vehebaris: moxque vt sacerdotes, qui illam portabant, alueum eius ingressi sunt, quasi tremebundus ac dolens ob increpationem tuam, pars in excelsos velut montes & cumulos aquarum intumuit, dum in arcam tuam & in populum tuum transmeantē incurere veretur: pars verò præcipiti fuga ingentiq; fragore decurrens, quasi quæ locum cederet Israël, in salissimum mare defluxit. Inferior etenim aquarū abyssus, profundissimiq; vndarum gurgites, magno clamore & strepitu, in mare solitudinis se dederūt præcipientes: altior verò ac superior fluuij pars, vndarū decursus coercuit, longasq; illas & extensas fluctuum manus & brachia, quibus ripas antea complectabatur, tunc temporis intumescens in cœlū, tanquàm Dei supplices extulit & leuauit. Hæc ipsa
 (si quid

(si quid valet mea) est Prophetæ verborū
sententia.

Abyssus igitur, vt ego puto, in hoc lo-
co, inferiorem arca & populo partē Ior-
danis significat: vt in Psalmis imam tellu-
ris partem, vbi dicitur: Et de abyssi terre
iterum reduxisti me. Et in Genesi: Omni-
potens benedicet tibi benedictionibus
cœli de super, benedictionibus abyssi ia-
centis deorsum. Et in Deuteronomio: De
benedictione Domini terra eius, de po-
mis cœli, & rore, atque abyfso subiacete.
In quibus locis *Abyssus*, non tam aqua-
rum aut terræ profunditatem, quàm si-
tum inferiorem significat.

Altitudo verò, fluuij Iordanis pars, su-
perior arca, & altior populo, nūcupatur.
Manus autem aquarum termini, littora,
siue ripæ aut margines dicuntur: quoniã
his tanquàm brachijs aut manibus, terras
contractent & complectantur. Hac me-
taphora vsus est etiam *Dauid*, cū ait:
Hoc mare magnum & spatiosum mani-
bus, id est, capacissimum, quodq; omnia
complectitur, totumque ambit ac conti-
net

net velut manibus terrarum orbem. Manus quippè proprium est munus, contrectare, capere, & comprehendere. Vnde Hebræi sæpè Manus vocabulo, pro spatio, mensura, proq; loco, abutuntur. Nam ubi in Numeris legimus: Singuli per loca & *Num. 2. 17* ordines suos proficiscuntur. Et in Deuteronomio: Habebis locum extra castra, ad *Deu. 23. 12.* quæ egrediaris ad requisita naturæ: utrobique in Hebræo, pro Loco & Locis, habetur מַנְיָ, id est, manus. Non dissimili trāslatione vsus est etiā Naso, cùm maris describeret ambitum, mundi que originem:

Nullus adhuc mundo præbebat lumina

Titan,

Nec noua crescendo reparabat cornua Phœbe,

Nec circumfuso pendeat in aëre tellus

Ponderibus librata suis, nec brachia longo

Margine terrarū porrexerat Amphitrite.

Superior igitur Iordanis influxus, & altior sacerdotibus aquarum decursus, spatiari desijt, simul atq; sacerdotes qui portabant arcam Domini, in aquis Iordanis pedum

pedum suorū vestigia posuere: steterūtq; aquæ descendentes in loco vno, & ad instar montis intumescentes (Hinc eas, mōtes appellauit Habacuc) apparebant procul ab vrbe quæ vocatur Edom, vsque ad locum Sarthan. Quæ autem inferiores erant, in mare solitudinis descenderunt, vsquequò omninò deficerent: vt narrat historia libri Iosue.

- Notandum porrò est, pro *Doluerunt*, Hebræa habere חָנַן. Verbum autē חָנַן, inter alia plurima significat etiam Quiescere, morari, expectare, manere, residere. Vt apud Ieremiam: Eccè turbo Domini, furor egrediens, procella ruens: in capite impiorum conquiescet. Hebræis, pro Conquiescet, est חָנַן. Et apud Oseam: Quiescent paulisper ab onere regis & principum. In libro autē Iob: Iudicare coram illo, & expecta eum. Et in Genesi: Expectatis autem vltra septem diebus. Hebraicè est חָנַן. Ergo meo iudicio, aptissimè quoque posset intelligi: Viderūt te Domine fluuij isti, quos dissecasti, viderūt te: & partim in mō-

tes, congestis & aggeratis fluctibus, con-
 quieuerunt ac resederunt: partim conglo-
 meratis gurgitibus, seque inuicem detru-
 dentibus ac propellentibus vndis, ma-
 gno impetu & perstrepero sonitu, sese
 in mare præcipitauerunt. Vel sic: Vide-
 runt te fluuij, & expectauerunt ac trãsi-
 tum populi præstolati sunt: dumque Israë-
 litarum transitionem morantur, quasi na-
 tiuæ fluxibilitatis obliui, in montes altissi-
 mos excreuerunt, & steterunt.

Quod autem dicitur: *Dedit abyssus vo-*
cem suam: defluxisse, vt superius nota-
 tum est, inferiorem aquarum partem si-
 gnificat. Vox enim aquarum, in diui-
 na Scriptura, illarum mobilitatem &
 fluxibilitatẽ indicare solet: quod plerũque
 cum sonitu coniuncta sit. Hucque illud
 pertinet quod dicitur in Psalmis: *Ele-*
uauerunt flumina Domine, eleuau-
erunt flumina vocẽ suam: eleuauerunt flu-
mina fluctus suos, à vocibus aquarũ mul-
tarum. Mirabiles elationes maris, mira-
 bilis in altis Dominus. Psalter quippẽ,
 vt sepe aliàs, de miro Naturæ rerum
 ordine

ordine philosophari cōsuevit, in illo Psalmo à contrarijs terræ & aquarum naturis, Dei pulchritudinem & fortitudinem omnipotentem, disertissimè argumentatur: Vtpotè quæ à fine in finem pertingat, & aduersantia quoque ac pugnantia inter sese, mira concordia & dispositione condiderit. Quippè cùm terrarum orbem æterna immobilitate stabilierit, ac perinde vocis prorsus exortem, soniq; omninò expertem effecerit: at è contrariò, naturam aquarum fluxam & irrequietam continuis motibus circunuolui, perpetuòque inter sese alternantibus vndis collidi & agitari fecerit. Neque id porrò absque fragore & tumultu, altè frementibus ac perstreptibus fluctuum nonnunquàm voluminibus: aut, si leniter illabantur, placido murmure insusurrantibus. Hęc duo, Tellurem videlicet & Aquam, fide digna esse testimonia, asserit Psalmographus, Dei incomparabilem decorem, & inexhaustam potestatem ac fortitudinem testantia, clamantiaq; manifestè, mundanam hanc machinam domum

mun Dei esse, eiusque sanctitate decorari & ornari, ab eaque regi sapientissime & vegetari, longæuaque firmitudine stabiliri, tam cōcordi discordia ferminatam.

Cæterum, aquas Dei aspectu deterritas fugisse, seseque discindisse, non in vno tantum loco canit *Dauid*: Viderunt te, *Pf. 76. 17.* inquit, aquæ Deus, viderunt te aquæ: & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi. Et rursus: Quid est tibi mare quod fugisti, *Pf. 113. 5.* & tu Iordanis, quia cōuersus es retrorsum? A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob. Deus enim in diuina Scriptura quasi iratus & indignabundus aquas increpasse describitur: quod aut germinatione tellurem, aut transitu populum prohiberent. *Dauid* primæuam rerum conditionem pertractans, terræque & aquarum disunctionem depingens, sic inquit: Abyssus sicut vestimentum amictus eius (telluris nempe) super montes stabunt aquæ. Ab increpatione tua fugient, à voce tonitruui formidabunt. Id est, Ab horifica tua voce, ab effica-

Dd cissimo

cissimo imperio tuo, quibus aquas, veluti
 commoda telluris impediētes, increpa-
 re videbaris, quasi deterritæ ac trepidan-
 tes sese subito dederunt in fugam. In alio
 etiam Psalmo, in quo Vati nostro Haba-
 cuco eodem argumento concinit regius
 Vates (inuitat nanquē ad Dei laudem, ob
 diuinā misericordiā & benignitatē, qui-
 bus peccantes identidem Israēlitas, tū in
 deserto multoties, tum in promissionis
 terra persæpè persecutus est) sic canit:
 Ps. 105. 7. Patres nostri in Ægypto non intellexe-
 runt mirabilia tua: non fuerunt memo-
 res multitudinis misericordiæ tuæ. Et ir-
 ritauerunt ascendentes in mare, Mare
 rubrum. Et saluauit eos propter nomen
 suum: vt notam faceret potentiam suam.
 Et increpuit mare rubrum, & exiccatum
 est: & deduxit eos in abyssis sicut in deser-
 to. Neq; enim placidè aut blandè Deus
 mare rubrū diuisisse narratur: sed tumul-
 tuosè potiùs cum magnis clamoribus &
 perturbatione: qualia irati & indignabū-
 di excire atq; commouere consueuerūt.
 Dauid hunc tumultum atque fragorem,
 quomodo

quo mare rubrum diuisum est, graphycè
 describit in hæc verba: Viderunt te aque *Ps. 76. 17.*
 Deus, viderunt te aquæ: & timuerunt; &
 turbatæ sunt abyssi. Multitudo sonitus
 aquarum: vocem dederunt nubes. Etenim
 sagittæ tuæ trāseunt: vox tonitruū tui in
 rota. Illuxerunt coruscationes tuæ orbi
 terræ, commota est & contremuit terra.
 In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis
 multis, & vestigia tua non cognoscentur.
 Ergo, quod simpliciter dicitur in
 Exodo: Abstulit mare Dominus flante
 vento vehemente, & vrente tota nocte,
 & vertit in siccum, diuisaque est aqua.
 Hoc ipsum David, horrificis nubibus
 coactis, tonitrua ac pluias & grandines
 eiaculantibus, instarq; rotarū curriliū stri
 dentibus, peractū fuisse declarat. Id ipsum
 subindicat Habacuc, dicēs: *Nunquid in flu
 mi nibus iratus es. Domine: aut in flumini
 bus furor tuus? vel in mari indignatio tua?
 qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ
 tua saluatio.* Currum siue quadrigas Dei,
 nubes vocari, equos porro ventos aperte
 manifestat David, cū ait: *Qui ponis nubē* *Ps. 103. 3:*

ascensum tuum, qui ambulas super pen-
 nas ventorú. In Hebræo enim pro Ascen-
 sum est אֲשַׁרְיָ, id est, Currum: Ut ad He-
 braicam veritatem Hieronymus transtu-
 lit; & interpres Vulgatus plus centies.
 Reddidit etiã aliquãdo Quadrigas, vt in
 3. Re. 10. 29 libris Regum: Egrediebatur quadriga
 de Ægypto sexcentis siclis. Et in libro Iu-
 Iud. 5. 28. dicum: Quare tardauerunt pedes quadri-
 garú illius. Et in præsentí loco Habacuc:
 Quadrigæ tuæ saluatio. Est enim in He-
 bræo אֲשַׁרְיָ. Dicuntur autẽ nubes, Dei
 currus siue quadrigæ, quæ vctis hæc & il-
 læ tanquã equis alatis trahãtur, quoniã
 dũ è nubibus modò hîc pluit; modò nin-
 git illîc, interdũ digrãdinat, fulgurat, ful-
 minat, & cœlũ omne tonitrib⁹ ciet: Deus
 se præsentem vbiq; mortalibus maximè
 manifestat, eorumq; mentes religione
 imbuit, ac trepidos animos pauore, & in-
 terdum etiam superstitione conterri-
 rat: Ioue quippè tonante aut fulgurante,
 comitia haberi, nefas fuit. Nonnè per-
 spicuum est: inquit Cicero, ex prima
 admiratione hominum, quòd tonitrua,
 ia ctusq;

iactusq; fulminū extimuiſſent, credidiſſe ea efficere omnium autorem Iouem? Veteres quidem poëtæ non aliunde magis Dei verendam potentiam ſeſe hominibus oſtentare putauerunt: quàm cum Iouem fulguratorem, nubicogum, tonantem, & grandistrepum vocitarunt: vt Lucianus in *Miſanthropo* iocatur. Hinc eſt illud Naſonis:

Illic eſt nebulas, illic conſiſtere nubes

Iuſſit, eſt humanas motura tonitrua mētes.

E nubibus perſæpè Deus ſe ſuo populo præſentem exhibuit: è nubibus illos alloquutus eſt: quid plura? è nubibus aduerſus illorum hoſtes, vt principes ſolebat è curru, validiſſimè decertauit. Cūq; fugerent filios Iſraël, & eſſent in deſcenſu Bethhoron, Dominus miſit ſuper eos lapides magnos de cœloꝝſque ad Azeca: & mortui ſunt multò plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio percufferāt filij Iſraël. Meritò igitur Habacuc horriſoſas nubes, vehementem illum atq; procelloſum ventum eiaculantes, quo mare rubrum exiccatum ac diſſecatum eſt,

quadrigas Dei appellauit. Neque has odio aquarum Deum conscendisse asserit: sed ut populo suo fieret saluatio. Pagninus appositè Quadrigas transtulit in accusatiuo, dicens: Quia ascendisti super equos tuos, & quadrigas tuas, ad salutè. Còuenienter etià reddidit: Quia ascendisti, est enim in Hebræo יָ. Et fortassè scriptorù incuria, Qui pro Quia in codices Latinos irrepit, neq; desunt etià Latini codices, qui cù Hebraicis, Chaldaicis, ac Græcis codicibus, legant Quia. Louanienfis Bibliorù cèsura, duo manuscripta ac vetusta exéplaria hanc lectionè prætulisse, testatur. Certè hæc particula יָ, plerunq; ab interprete Vulgato transfertur Quia: magna sçq; aliquando tenebras offundit orationi, nisi lector præmonitus fuerit, diuinos scriptores hac voce, non solùm ad expositionem causarum, sed etiam ad orationis ornatum, aut rem asseueranter affirmandam, aut etiam in alios vsus, frequenter uti consueuisse.

In fluminibus, cùm dixit Habacuc, tropo sacris vatibus nõ insolito plurale pro singulari

gulari vsurpauit. Aut significat, torrentē Arnon eadē cum Iordane fuisse perpeffum: legimus enim in libro Numerorum: Sicut fecit in Mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnō. Aut Mare rubrū appellauit fluuiū, diuinis autoribus nō ignōta figura. Nam & Ionas in mari demersus ait: *Proiecisti me in profundum in corde maris, & flumē circūdedit me.* Illud etiā quod dicit̄ in Psalmis: *Tu siccasti fluuios Ethan: de mari rubro videtur intelligi.* Aluebat quippè Mare rubrū desertū Ethā, iuxta id quod legimus in libro Numerorum: *Profecti de Phi-hahiroth, transierūt per medium mare in solitudinē: & ambulantes tribus diebus per desertum Ethan, castrametati sunt in Mara.* Verustissimi quoque Græcorum Poëtæ Homerus & Hesiodus, Oceanū ipsum, flumen appellauerunt: *Homerus* nanque sic canit: *Oceani fluxum fluuij cum cymba reliquit.* *Hesiodus* verò semel atque iterum: *Oceani fluuij perfecti gnata puella.* *Suscitans suscitabis arcum tuum.* dixit: quoniā cū tot annis Israëlitę miserē premerentur

rentur in Ægypto, tum Dei potētia, qua pro suis propugnare consuevit, tum etiā iuramenta patribus olim facta, dormire quodammodò videbantur. Verbū enim *Suscitans suscitabis*, his etiam quæ sequuntur debere coniungi: *Iuramenta tribubus qualocutus es*: illud Ieremiæ apertissimè ostendit, ubi etiam quæ sint iuramenta patribus præstita, consequenter declarat. *Hæc dicit Dominus Israël*, inquit Ieremias: *Maledictus vir qui non audierit verba pacti huius, quod præcepi patribus vestris in die qua eduxi eos de terra Ægypti, de fornace ferrea, dicens: Audite vocem meam, & facite omnia quæ præcipio vobis: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum: Vt suscitem iuramentum quod iuraui patribus vestris, daturū me eis terram fluentem lacte & melle. Dicuntur autem *Juramenta* promissiones patribus factæ de possidenda terra Chanaan: quoniam *Deus*, foedere quoq; percussio, de his certiore effecerit *Abraham*. Dixit enim *Abrahā*: Domine Deus, vnde scire possum quòd possessurus sim eam?*

Jer. 11. 3.

Gen. 15. 8.

eam? Dominus autem ut certum eum redderet, vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturam quoque & columbam, in fœdus ferre præcepit. Porro verò, hæc iuramenta patriarchis olim facta, tribus fuisse præstita, dixit Habacuc: quoniam posteris eorum, non ipsismet patribus, faciendâ erat promissæ hæreditatis traditio. Iuxta id quod legimus in Deuteronomio: *Ter-* Deut. 7. 13.
ram pro qua iuravit patribus tuis, ut da-
ret eam tibi. Abraham enim neque pas- Ab. 7. 5.
sum pedis in ea habuisse, Stephanus pro-
thomartyr testatur.

Pro dictione, *Semper*, quæ verbis Prophetæ interponitur, diximus superius, in Hebræo haberi *תמיד* Sela: cuiusq; vim & significatum, quantum satis esse putauimus, in superioribus annotata reliquimus.

Sol & Luna steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis hastæ tuæ: in fremitu concubabis terram: in furore obstupescies gentes.

Ios. 10. i.

Historiam & gesta sub Iosue, superioribus exemplis adiungit, quæ in diuinæ misericordiæ argumentū erga perfidos Israelitas, Vates adduxerat. Res porò sic se habent. Cùm audissent quinque reges Amorrhæorum quod transfugissent Gabaonitæ ad Israel, & essent fœderati eorum: congregati ascenderunt simul cum exercitibus suis, & castrametati sunt circa Gabaon, oppugnantes eam. *Habitatores autem Gabaon vrbis obsessæ miserunt ad Iosue, vt ferret præsidium postulantes.* Ascenditq; Iosue de Galgalis, & omnis exercitus bellatorum cum eo viri fortissimi: irruitq; repentiè super Amorrhæos, tota nocte ascendens de Galgalis. *Et conturbauit eos Dominus à facie Israel, contuitiq; plaga magna in Gabaon: ac persecutus est eos per viã ascensus Beth-horon, & percussit vsque Azeca & Maceda.* Cùmq; fugerent filios Israel, & essent in descensu Beth-horon, Dominus misit super eos lapides magnos de cœlo vsque ad Azeca: & mortui sunt multò plures lapidibus grandinis, quàm quos

quos gladio percusserant filij *Israel*. Tūc locutus est *Iosue* Domino in die qua tradidit *Amorrhæum* in conspectu filiorū *Israel*, dixitque coram eis: Sol contra *Gabaon* ne mouearis, & Luna contra vallem *Aialon*. Steteruntque Sol & Luna, donec vlcisceretur se gens de inimicis suis. Stetitque Sol in medio cœli, & nō festinauit occumbere spatio vnus diei. Hoc miraculum commemorat *Habacuc*, superioribus, si non maius, non impar.

Quod autem dicitur: *In luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis haste tue*: hunc sensum habere videtur. Cū sagittis tuis, magnis nēpè lapidibus, fulguribus, atque fulminibus, grandini permistis, hostes *Israelitarum* prosterneres: ipsi per eorundē fulgurum ac fulminum lucem illæsi inimicos insectabantur. Ita mirabili tua dispensatione factum est, vt populi tui commoditatibus inseruirēt, quæ aduersarijs extremū exitium inferrent. Noctū *Israelitas* aggressos fuisse *Amorrhæos*, vt paulò superiùs intulim⁹, ex

Ios. io. 9.

historia

historia constat Iosue. Benedictus Arias Montanus argutè admodùm, vt est acri homo ingenio, hunc locum ad Solem & Lunam retulit, & verbum, *Ibunt*, ad eodem pertinere interpretatus est, vt sit sensus: Solem & Lunam ad vocem & imperium Iosue, in statione sua & cœlesti tabernaculo constituisse, cursusq; suos ad faceri exercitus commoditatem ita temperasse, vt quæ luce ac virtute sua alia oïa moderari atque ducere consueuerint, & à quibus agendarum rerum tēpora expectare & metiri cuncta sint solita (Vt potè quæ in potestaté diei ac noctis, & in tempora, ab initio condita fuerint) eo tamen die conflictus & pugnæ, luminaria ipsa cursus sui modum temporisq; rationem ab humano negotio desumpserint, & ad Israëlitarum vltionem, atque perfectam de hostibus victoriam, exegerint. Modus nanque pugne Soli & Lunæ modum itineris præscripsit, & facultaté progrediēdi parta victoria. Meminit autem Vates hastæ & telorum Dei: quoniam non tam humanis quàm diuinis viribus res illa gesta

Pf. 135. 8. 9.

Pf. 103. 19.

gesta est. Israëlitzæ igitur in luce sagittarū
 tuarum ibant, & Sol ac Luna ad modum
 atque rationem armorum tuorum gra-
 diebantur, dum tu Domine: *In fremitu
 conculcabas terram, in furore obstupesciebas
 gentes.* Præmonuimus, verba futuri tem-
 poris hucusque, pro præteritis vsurpari.
 Est autem verborum sensus: Magno fra-
 gore & tumultu tonitruum, fulgurū, ful-
 minum, & ingentium lapidum, Amor-
 rhæos proculcabas & conterebas: adeoq;
 timore & admiratione reddebas stupi-
 dos, vt nullus contra filios Israel mutire
 ausus fuerit. In Hebræo, pro *Obstupescies*,
 habetur שררר, id est, triturabas, contere-
 bas. Vt vertit Vulgatus apud Isaiam: Tri-
 turabitur Moab sub eo, sicut teruntur pa-
 leæ in plaustro. Ergo, consuetaverborum
 repetitione Habacuc, eadem quæ dixe-
 rat expolit & exornat, sententię quę eius-
 dem reciprocatione & varietate verbo-
 rum, rem illustriorem & ampliorē facit.
*In fremitu conculcare terrā, & In furore tri-
 turare gentes, idem sunt, eandemq; vidē-
 tur habere significationem.*

*Egressus es in salutem populi tui, in salutem
cum Christo tuo.*

Miraculis in Ægypto patris sub
Moysē, testimonia misericordiæ di
uinæ erga improbos Israëlitas tandē con
cludit Habacuc: è multis duo tantū vt po
tiora & illustriora cōmemorans, nec ē vi
delicet primogenitorū, & exercitus Pha
raonis submersionem enarrans. Inquit
Exo. 1. 14. igitur: Tu Domine, qui dū populus tuus
in Ægypto duris operibus luti & lateris
omniq̄ famulatu premeretur: dumq̄;
Israhelitarum mares, nemine suppetias fe
rente, crudeliter interficerentur, abesse
videbaris, aut in diuersorio esse, aut dor
3. Re. 18. 27 mire: vt Elias exprobrabat sacerdotibus
Baal: tu, inquam, misericordiæ tuæ me
mor, non vtiquē gressibus sed effectibus,
egressus es ad saluandum populū tuum
cum Moysē, quem Spiritu sancto tuo vn
xisti: vt esset dux atq; propheta populo
Exo. 3. 12. tuo. Alludit porrò Habacuc ad id, quod
identidem dixerat Dñs Moysi: Ego ero
Exo. 4. 12. tecū. Et iterū: Perge igitur, & ego ero in
ore

ore tuo, doceboque te quid loquaris. *Ac*
 rursus: Loquere ad Aaron, & pone verba *Exo. 4. 15.*
 mea in ore eius: & ego ero in ore tuo, &
 in ore illius: & ostendā vobis quid age-
 re debeatis. Vocatur autem Moyses *Chri*
 stus, id est, vnctus: quòd populi dux esset
 atq; propheta, etiā si re ipsa vnguēto deli-
 butus non esset: quoniā Reges postmodū *3. Re. 19. 16*
 atq; Prophetę iuxta cum sacerdotibus vn-
 gi consueuerint. Vnde etiam vetustissimi
 Patriarchę in Psalmis, Christi dicuntur: de *Pf. 104. 12.*
 his nanquē canit David: cū essent nu-
 mero breui, paucissimi, & incolę eius, &
 pertransierunt de gente in gentem, & de
 regno ad populum alterum: non reli-
 quit hominē nocere eis, & corripuit pro
 eis reges. Nolite tangere Christos meos,
 & in Prophetis meis nolite malignari.
 Fuerunt Christi, id est, Vncti, Patriarchę
 & Moyses vnguēto illo, de quo verus ac
 summus omniū Christus Dñs Iesus: sal-
 uator noster, præ cæteris omnibus vn-
 ctus fuisse traditur in Psalmis. *Dilexisti iu* *Pf. 44. 8.*
 stitiam, inquit Psalter, & odisti iniquita-
 tem: propterea vnxit te *Deus Deus tuus,*
 oleo

oleo lætitiæ præ confortibus tuis. Vnde
 à Deo electi Patriarchæ, & spiritu eius im-
 buti & sanctificati, veri reges & sacerdo-
 tes effecti sunt, quinetiam Prophetas eos
 fuisse, plurima Scripturarum testimonia
 declarant. Imouero, quod prius dixerat
 Dauid: Nolite tangere Christos meos:
 continuò explicauit, adiungēs: Et in Pro-
 phetis meis nolite malignari.

*Percussisti caput de domo impij, denudasti
 fundamentum eius vsque ad collum.*

Semper.

Quidam in hunc sensum exponunt:
 Percussisti caput de domo ac regno
 impiorum Ægyptiorum, dum impium
 Pharaonem perdidisti: denudasti porrò
 fundamentum illius domus ab imo vsq;
 ad collum: cùm populum impium simul
 cum suo principe subuertisti. Per funda-
 mentum enim infimam plebem, per col-
 lum regem, aut principes regi proximos
 intelligi volunt. At alij sic explicant: In
 gratiam populi tui percussisti primoge-
 nitum Pharaonis, nudasti fundamentum
 regni

regni Ægypti, id est, funditùs euertisti. interimens Pharaonis exercitum, in quo robur & fortitudo, ac veluti fundamentum Ægyptiorum regni constiterat: submergens vsque ad collum, hoc est, vsque ad primores & magnates: quòd collum sit secùdæ à capite dignitatis. Fundamentorum denudatione, ait quidam, omnem hostis potentiam, omnem potestatem præcisam ademptamq; significat. Nam vt: arborum radices, quibus terræ hærent, ad capitis in animantibus vicem accedunt, & quæ his radicibus continua est trunci pars, collum refert: vtraq; autem hæc si præcidantur, & circumducta terra nudentur, arborem perire necesse est. Ita si quis maximarum ædium fundamenta à primis firmitudinis initijs ad collum vsque, hoc est, ad eam partem quæ ad pavementum vsquè pertinet, diruat, totius ædificij ruinam sequi pronum atq; promptum est. Hæc ille

E G O verò morè antiquum à Prophe-
ta referri arbitror, quo pluribus de causis
prisca olim capillos, barbam ac villos tòn-
dere

dere & radere consueuerunt. Et barbam quidem radi, Alexandri temporibus fuisse repertum; cum non raderetur prius, Chrysippus philosophus tradidit, ut Athenæus in *Diphnosophistis* testatur. Verum hoc apud Græcos verum fuit, vetustiora enim referunt scriptores diuini. Causas verò aliquas radendi barbam retulit Alexis Poëta, sic dicens:

Si quem recisa forte barba videris,

Tonsa ve, facturum quid horum dicito:

Mihi videtur militare velle, vel

Fecisse barba cuncta que contraria.

Ingens ve contigisse prorsus huic malum.

Quid per deos villi molestia afferunt?

Ob quos viri videmur esse singuli?

His quid putas fecisse nisi contrarium?

Mollis quippè olim atq; effœminati habitus est, capillos aut barbã totò disse: quoniam, ut est apud Nasonem, barba atq; villi plurimum exornent virum: laudat autem se Polyphemus à barbitio, protesaq; coma, hirtisq; pilis, in hunc modum:

Coma plurima toruos (brat.

Prominet in vultus, humerosq; ut lucus obis

Nec

*Nec mea quòd duris horrent dēsissima fetis
Corpora, turpe puta, turpis sine frondibus
arbor,*

*Turpis equus, nisi colla iuba flauentia ve-
lent.*

*Pluma tegit volucres, ouibus sua lana deco-
ri est.*

Barba viros, hirta què decent in corpore seta.

Radebant igitur barbam antiquitus im-
pudentissimi adolescentes, obscenissi-
miq; cinēdi. Vnde cū quendā mentum
ita habere vidisset Diogenes, dixit: Nun-
quid naturam accusas, quia te virum,
non autem mulierem effecerit? Cūq;
alium quendam vidisset eodem pacto se
habentem, ac odoribus perfusum, vesti-
busq; , quæ res huiusmodi sequuntur,
indutum, se prius quæsiuisse dixit, quid
foret immane scortum: at nunc demum
repperisse. Huc pertinet illud Iuuenalis
poëtæ.

*Ille metit barbam, crinem hic deponit amati.
Et illud quoque Martialis:*

*Hos tibi Phæbe vouet totos à vertice crines
Encolpus domini Centurionis amor.*

Et 2 ¶ Quan-

¶ Quanquàm hæc ad aliã radèdi ratio-
nem referri possunt: moris quippè veteri
bus fuit, vt primam barbam & capillum
deponerent, solemniquè quodam ritu ali-
cui numini consecrarent. Nero, inquit
Suetonius, inter buthysię apparatus bar-
bam primam posuit, cõditam in auream
pixidẽ, & pretiosissimis margaritis ador-
natam Capitolio consecrauit. Martialis
de coma Earini sic ludit:

*Consilium forma speculũ, dulceisq; capillos
Pergameo posuit dona sacrata Deo.*

Et alibi de eodem Earino Domitiani li-
berto, qui crines suos in aurea pixide re-
conditos Aesculapio miserat:

*Accipe laudatos iuuenis Phæbeie crines,
Quos tibi Casareus donat habere puer,
Et in alio loco Aesculapium alloquitur
in hunc modum:*

*Latona venerande nepos, qui mitibus herbis
Parcarum exoras pensa, breuesquè colos:
Hostibi laudatos dominorum voce capillos
Ille tuus Latia misit ab vrbe puer.*

*Addidit es nitidum sacratis crinibus orbẽ,
Quo fœlix facies iudice tota fuit.*

*Tu iuuenile decus serua : ne pulchrior ille
In longa fuerit, quam breuiore coma.*

Verum recentiora hæc sunt, his vetustiora tradit Plutarchus : is in Theseo sic inquit: Vigebat illis temporibus consuetudo, vt qui ex ephebis excessissent, delati in Delphos, de comis Deo primitias darent. Accessit igitur in Delphos Theseus, & anteriore capitis partem solam abrasit, vt de Abantibus scribit Homerus: atque hoc tonsuræ genus Theseis ob illud nuncupatum est. Abantes verò primi hoc rondendi more vsi sunt: quem quidem non ab Arabibus, vt quidam existimant, didicerunt: nec Mysios imitati. Sed quod natura bellicosi essent, & cominus pugnandi, ac præter cæteros manus cum hostibus conferendi peritiam tenerent, vt Archilochus testatur his versibus:

*Nec crebros tendunt arcus, nec verbera fuda
Expediunt, sanas quoties Mars a quore tædes
Infert, at rigido geritur res cominus ense.*

Nè igitur vllas hostibus ad capiendum ansas darent, tondebantur. Hoc & Alexandrum illum Macedonem, cum exco-
tibi V

gitasset, suis ducibus imperasse ferunt, ut
Macedonum barbas abraderent, quippè
quæ in prælijs ansæ promptissimæ foret.
Hæc Plutarchus. Ex quibus & aliam ton-
dendi causam habemus: & apertè claret,
cur Chrysippus dixerit, barbam radi, tem-
poribus Alexandri fuisse repertum. Intel-
ligimus prætereà cur Alexis scripserit,
eos qui barba forent recisa, militare vel-
le, sibi videri.

¶ Sed & qui patria olim longiùs profi-
ciscabantur, si incolumes postmodù re-
dire contingeret, comam Deo cuiuspiam
ex voto, aut alicui flumini consecrabant.
Hincq; est illud Achillis apud Homerù.

*Sperchie hos alios crines tibi nomine Peleus
Sacrarat pater, in patriam si fortè redissem,
Hanc tibi dissectam celsa de fronte dicarem,
Mactaremque agnos decies quinque albi
comantes.*

*Ad fontem, qua templa tibi atque altaria
fumans.*

Neque de prima coma agit Achilles: hæc
enim in funere Patrocli deposuit mœ-
rens: primam iam antea lætus abraferat.

Vidit hoc etiam Martialis, cùm dixit:

Quid nō cogit amor? secuit nollente capillos

Encolpus domino, nec prohibente tamen.

Permisit, fleuit quē Pudens, sic cefsit habenis

Audaci questus, de Phaetonte pater!

Talis raptus Hylas, talis deprensus Achilles

Deposuit gaudens, matre dolente comas.

Nazaræi quoquē apud Hebræos ex voto

capita rāsabant: sic enim legimus in li-

bro Numerorum: Vir siue mulier cùm fe Num. 6.2.

cerint votum vt sanctificentur, & se vo-

luerint Domino consecrare: omni tem-

pore consecrationis suæ nouacula non

trānsibit per caput eius vsque ad com-

pletum diem quo Domino consecratur.

Sanctus erit crescēte cæsarie capitis eius.

Cùm dies quos ex voto decreuerat, com-

plebuntur, adducet eum ad ostium ta-

bernaculi fœderis, & offeret oblatio-

nem eius sacerdos Domino: Tunc rā-

detur Nazaræus ante ostium taberna-

culi fœderis cæsarie consecrationis suæ:

collet quē capillos eius, & ponet super

ignem; quī est suppositus sacrificio paci-

ficotum.

Aulus Gellius Noctium Atticarum libro tertio, capite quarto, refert, P. Scipionis Africani temporibus, viros nobiles ante ætatem senectam, barbam & genas radere consueuisse. Idcirco plerumque imagines veterum, non admodum senum, sed in medio ætatis, ita factas videri.

¶ Tò debantur autem etiam serui, unde proverbium natum est, quod Aristophanes in *Auibus* usurpauit: Seruus cum sis, comam geris? Hinc quoque, Seruilis capillus, adagionis locum obtinuit: & Plato in *Alcibiade*, quosdam seruiles pilos in animo gestare scribit, id est, breuissimos & squallidos: indoctos & stupidos eos esse significans. Mox igitur, ut quis in seruitutem venerat, capillos abradere, ut nunc remiges, moris fuit. Sunt plurima diuinarum Scripturarum loca, quæ hunc morem sapere videantur, quæque caluitij, aut tonsuræ, vel rasuræ, vocabulis, seruitutem atque captiuitatem minentur. Cuiusmodi est illud apud *Isaiã*. De caluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. Et

Isa. 3. 17.

Et

erit

erit

erit pro suaui odore foetor, & pro Zona
 funiculus, & pro crispanti crine caluitiū.
 Describit etenim Isaias captiuarum ha-
 bitum, atque sordium pœdorem. Apertius adhuc Michæas, dicens: *Mich. 1. 16*
 & tondere super filios deliciarum tuarū:
 dilata caluitium tuum sicut aquila: quo-
 niam captiui ducti sunt ex te. Hanc con-
 suetudinem Moyses apertissimè prodi-
 dit in Deuteronomio, cum Dominum
 sic loquentem inducit: Inebriabo sagi- *Deu. 32. 42*
 tas meas sanguine, & gladius meus deuo-
 rabit carnes, de cruore occisorum, & de
 captiuitate nudati inimicorum capitis.
 Quem locum interpretes, dum incerti
 sunt quid capitis nudatio significet, vt
 Eugubinus ingenue fatetur, diuersimodè
 interpretantur. Pagninus sic vertit: Et
 captiuitatis à capite vltionem inimici.
 Volunt quippè Hebræi in hoc loco ver-
 bum נשך, vltionem atque vindictam
 significare: etiam si nuditatem significet
 aliàs. Hos sequutus Nouæ editionis au-
 tor, trāstulit: Propterq; captiuos, vt hosti
 summam vltiones repēdam. וְנָרְעוּ עִינֵינוּ
 in hoc

in hoc loco, non caput, sed summam significare putauit. Vatablus reddidit: De capitibus hostium in ultionibus inimici. Aut, In principio vindictarum inimici. Caietanus verò sic: Et prædæ de capite in ultiones inimici. Attamen, vt ego sentio, ac Lucretij vtar verbis: Ardua dum metuunt, amittunt vera via. Hebræa enim sic habent: וְשִׁבְיָהוּ בְּרַעוֹת מִרְעוֹת אֹיְבֵי. quæ verbum ex verbo significant: Et captiuitatis, de capite nudato inimici. Dixerat autem Dominus: Inebriabo sagittas meas sanguine; & gladius meus deuorabit carnes, de cruore occisorum & captiuitatis: mox quam dixerit captiuitatem explanat, nempe abiectissimam, contemptissimam, despectissimamq; omnium seruitutem: deniq; abradi ac nudati capitis: dū apponit è latere: De capite nudato inimici. Mei, scilicet, inimici: præmiserat enim: Reddā ultionē hostibus meis, & his qui oderūt me retribuā. Contextus igitur verborum Moyſis, iuxta Hebraicā proprietatem, is est: Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes:

Inebriabo, in quā, sagittas meas de cruore
 occisorū, & de capite nudato inimici, de
 cruore captiuitatis. Est autē sensus: Abfu-
 mam inimicos meos tū necce, tū etiā cap-
 tiuitate: hacq; etiā vilissima & abiectissi-
 ma, vtpotē, captiuitate atq; seruitute nu-
 dati & abradi capitis. Chaldæus paraphra-
 stes, & si suboscure, his tamē assentit, yer-
 tit enim: Inebriabo sagittas meas sangui-
 ne, & gladius meus occidet populos: de
 cruore occisorum & captiuorum: vt au-
 ferā coronas de capite hostis & inimici.
 Coronas porrò, p̄ Comis dixit Chaldæus,
 non insueta diuinis scriptoribus transla-
 tione: quod em̄ dicitur apud Ezechielē: *Eze. 24. 17*
 mortuorū luctū nō facies, corona tua cir-
 cumligata sit tibi: nonnulli de coma non
 abscindenda interpretati sunt, Ergo, hæc
 est mens & series Latinæ Vulgatę editio-
 nis: Inebriabo sagittas meas sanguine, &
 gladius me⁹ deuorabit carnes: Inebriabo
 in quā, sagittas meas de cruore occisorū,
 & de captiuitate inimicorū capita nuda-
 torum, id est, vilissimis addictorū serui-
 tijs. Sunt enim alijs serui nonnāquam,
 -31003
 qui

qui in pretio & honore à Dominis habentur suis, honorificisq; deputantur ministerijs, qualis fuit Ioseph apud Phutiphar in Ægypto: Tobias in Ninive: Ioachim rex Iudæ, Daniel etiam & socij eius in Babyloae.

Tondebantur igitur serui olim apud plerasq; nationes: Vnde apud Romanos factum est, vt serui cum manumittebatur, pileo pariter cum libertate donarentur. Hincq; Pileus apud primæ classis autores nonnunquam ponitur pro libertate: ad pileumq; seruos fuisse vocatos, ad libertatem significat, cuius insigne esset pileus. *Liuius* libro quarto belli Punico sic ait: Postero die serui ad pileum vocati, & carcere vincti emissi. *Suetonius* etiam in *Tyberio*: Seruis ad pileum frustra vocatis in Siciliam profugit. Accipiebant quippe serui pileum raso capite cum manumittebantur. Etsi qui ex captiuis in bello libertatem fuissent adepti, hi, qui mos seruorum est (inquit *Plutarchus* in vita *T. Quintij Flamminij*) cum libertate donantur, pileati in triumpho victorē sunt

confe-

Tob. i. 13.

Dan. i. 3.

Liui. 4. 33.

consecrati. Ex hoc more constitutio illa Iustiniani Imperatoris nata est, quæ in eius Codice habetur sub titulo *De Latina libertate tollenda*: inquit autem in hunc modum. Sed & qui domini funus pileati antecedunt, vel in ipso lectulo stantes cadaver ventilare videntur: si hoc ex voluntate fiat, vel testatoris, vel hæredis: fiant illic ciues Romani. Et ne quis vana liberalitate iactare se concedatur, vt populus quidem eum quasi humanum respiciat, multos pileatos in funus procedentes aspiciens, omnibus autem deceptis maneat illi in pristina seruitute publico testimonio defraudati: fiant itaque & hi ciues Romani. Brutus Cæsaris interfector, vt à se & Cæsio patriam liberatam significaret, numisma decudit, pileum habens oblongum inter duos pugiones erectos: vt à Dione historico relatum est. *sc. m. u. o. d. i. o.*

¶ His adde, quod qui olim pœnitentiæ agebant, capita radere consueuerunt: iuxta id quod legimus apud Isaiam: *Et* *Isa. 22. 12.* *vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, ad caluitium,*

uitium, & ad cingulū sacci: & ecce gaudium & lætitia occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. Reprehendit enim Isaias Ierosolymitanos, qui cum hostes instarent, & omnia in circuitu ciuitatis hostilia essent (quæ porro omnia tanquam Dei voces sunt, quibus homines ad fletum prouocent, & obsessos ad pœnitentiam inuitent) illi tamēt tunc temporis quasi Deum contēnentes, impēdentiūq; malorum securi, vētri & epulis veluti pecora se trahebant, & vana insanientes lætitia, carnes opiparè comedebant, seq; vino auariter ac plenis faucibus ingurgitabant. Hęc in aduersis quamplurimū Dominō displicere, neq; ieiunantibus & pœnitentibus licere, manifestè testatur Isaias: ut quàm sint iniqui noui heretici in delectū ciborum, abstinentiamq; ieiunantiū, vel ex hoc solo loco percipi queat. Et quoniam *Alia ex alijs*, ut est in prouerbio: *annotare ex occasione visum est: ieiunantes olim Christianos, non solum carnis, verum etiā vino abstinuisse. Quod*
apertè

apertè videtur ostendere Chrysoſtomus homilia ſexta ad populũ Antiochenũ, ſic inquit: Sed tamen conſuetudo res eſt tã facilis & expedita, quòd adueniente ieiunio, & ſi millies quis exhortetur, & infinita crucient, & cogant vinũ delibare, vel aliud quid ieiunij lege non conſeſſum guſtare, omnia quis mallet pati, quàm prohibitum tangere nutrimentũ. Hæc ille. Theophilus etiam Alexandrinus Episcop⁹, cuius libros paſchales tranſtulit in Latinum ſermonem beatus Hieronymus, in libro paſchali tertio idipſum teſtari videtur, ait enim: Nequaquã diebus Quadrageſimæ, ſicut luxurioſi diuites ſolent, vini poculum ſuſpiremus, neq; in procinctu & prælio, vbi labor & ſudor eſt neceſſari⁹, carniũ edulio delectemur. Et aliquibus interpoſitis, ſic rurfus inquit: Qui autem legum præcepta cuſtodiant, ignorant vinum in ieiunijs, carniũ eſum repudiant. Sed nos ad propoſitum redeamus.

¶ Apud aliquas antiquitus nationes, pene loco, raſura capitis, etiã maioribus criminibus,

minibus, decreta fuit. Apud Indos, inquit Stobæus, si quis mutuo deposito vè fraudetur, non venit in iudicium: sed seipsum accusat is qui credidit. Ceterum qui artificem aliquem manu aut oculo priuauerit, morte damnatur. Illum autem qui maximum aliquod delictum perpetravit, rex tonderi iubet, tanquam extrema sit talis ignominia. Apud Germanos, quod & Raurisius tradidit, adulteram accisis crinibus nudatam coram propinquis maritus expellebat domo, & per omnem vicum verberare agebat. Legimus quoque in libro Nehemiæ, vice pœnæ, depilatione in Iudæos, qui alienigenas vxores duxerant, fuisse animaduersum: sic enim dicitur libro Esdræ secundo. Sed & in diebus illis vidi Iudæos ducentes vxores Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas. Et filij eorum ex media parte loquebantur Azoticè, & nesciebant loqui Iudaicè, & loquebantur iuxta linguam populi & populi. Et obiurgavi eos, & maledixi. Et cecidi ex eis viros, & decaluavi eos.

¶ Huic tondendi capitis causæ affinis illa

2. *Esd.* 13.
23.

illa quoquẽ fuit, qua ignominia ac dedecoris ergo, capilli & barba aliquibus radebantur, inferioresq; corporis partes nudabantur. Quo modo rex Ammonitarum Hanon nuntios David decaluauit, & rasi-^{1. Par. 19. 4} fit, & præcidit tunicas eorum à natibus vsque ad pedes. Magno autem probro olim fuisse apud Barbaros, virum aut mulierẽ nudos cõspici, autor est Herodotus. Hinc est illud apud Ieremiam: Quod si dixeris in corde tuo, Quare venerunt mihi hæc? Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata sunt verecundiora tua, pollutæ sunt plantæ tuæ. Et paulò post: Vnde & ego nudavi femora tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua. Apud Ezechielẽ verò: Eccẽ ego congregabo omnes amatores tuos, quibus commista es, & omnes quos dilexisti cū vniuersis quos oderas: & congregabo eos super te vndiquẽ, & nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam. Sed & apud Nahum: ^{Nah. 3. 5.} Eccẽ ego ad te, dicit Dominus exercituum; & reuelabo pudenda tua in facie tua,

Ff & osten-

& ostendam gentibus nuditatem tuam,
 & regnis ignominiam tuam. Et proijciã
 super te abominationes, & contumelijs
 te afficiam, & ponam te in exemplũ. De-
 clarauit, vt mos est Prophetis, Nahũ, quid
 sibi voluerit reuelatio pudendorum &
 nuditas ignominie: nempè, Proijciam su-
 per te abominationes, & cõtumelijs te af-
 ficiam. Neq; nuditas tantummodò cor-
 poris, sed capitis quoq; rasura probro ac
 turpitudini fuit: vnde dixit Poëta:

*Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine
 campus,*

Et sine fronde frutex, et sine crine capus.

Autor est Beda, Tondere caput ideò ab
 Ecclesia fuisse receptum, vt quod anti-
 quitus probro dabatur & ignominie
 apud Gentes, honori ac decori habe-
 retur. Nam Petro Apostolorum prin-
 cipi, cùm Antiochiã prædicaret, ca-
 put ab improbis abrasum fuit, vt cun-
 ctis ludibrio foret. Demosthenes stu-
 diorum causa sæpè etiam duos vel
 tres menses continuos domi inclusus,
 abrasa parte capitis exeundi sibi ipsi,
 præri-

præripiebat facultatem.

Ad hunc igitur morem radendi capita, denudandi que corpora, fortassè respexit Habacuc, cum ait: *Percussisti caput de domo impij, denudasti fundamentum usque ad collum.* Vt sit sensus: Maximis opprobrijs & ignominijs affecisti Ægyptum: non secus ac si caput illius rasisse, inferiores que corporis partes, pudenda que ipsa, ad collum etiam usque nudasses. Ponitur autem Caput in singulari pro cunctis Ægyptiorum capitibus: quia metaphoram de vna impij domo ac familia in singulari, per prosopopæiam configuravit. Appellauit autem Ægyptum, *Domum impij*: Id est, Pharaonis scelerati, atque malè de Deo patria que merentis, regis Ægypti: vt omnes vnanimiter interpretatur. EGO verò, ob id maximè Domum impij Ægyptum vocari autumo, quòd posteri impijssimi Cham filij Noë, in Ægyptum colonias deduxerint, ab illis que primum habitata sit: à *Mesraim*, scilicet, filio Cham, à quo etiam Ægyptus

nomen accepit. Etenim Ægyptus in diuina Scriptura, Mesraim nomenclatura designatur: & vsque ad sua tempora hoc retinuisse vocabulum, Iosephus his verbis testatur: Ex quatuor Chamæ liberis Chuso nihil detrimenti tempus attulit. Æthiopes enim quibus præfuit, nūc quoquē tam à seipsis, quàm ab Asianis omnibus Chusæi nominantur, Mesræis etiam sua mansit appellatio. Ægyptum enim Mesren, & Mesræos Ægyptios vocamus quotquot eam regionem incolimus. Hæc Iosephus. Iure igitur *Impij* nomine intelligimus Cham, impijsimum in patrem Noë, vtpotè qui non solùm ebrium cum irriserit, sed etiam, si Beroso credimus, incantationibus euirauit. *Domum* autem, non tam habitaculum & commorandi locum, quàm Impij ipsius posteros & familiam significare arbitror, tritissima nempè in diuina Scriptura, *Domus* significatione. Hunc sensum vel dormientibus etiam obtrudit David, qui plagas Ægypti recensens, sic inquit:

Et per-

Et percussit omne primogenitum in terra *Psal. 77. 51*
 ra Ægypti, primitias omnis laboris eorū
 in tabernaculis Cham. Ergo domus im-
 pij, apud *Habacuc*, eadem est cum taber-
 naculis Cham, apud *Psalmographum*.
 Idem etiam in alijs locis Ægyptum Ter-
 ram Cham nuncupauit, ait enim: Intra- *Ps. 104. 23.*
 uit Israël in Ægyptum, & Iacob accola
 fuit in Terra Cham. Et paulo inferius,
 agens de *Moyse* & *Aaron*: Posuit, in- *Ps. 104. 27.*
 quit, in eis verba signatum suorum, &
 prodigiorum in Terra Cham. Et in *Psal-*
 mo sequenti: Obliti sunt Deum, qui sal- *Ps. 105. 22.*
 uauit eos, qui fecit magna in Ægy-
 pto, mirabilia in Terra Cham. Minus au-
 tem miretur, Cham antonomasticos, *Im-*
pium, ab scriptura vocari, qui legerit quæ
Berosus vetustissimus, multæq; autorita-
 tis historicus, libro tertio *Antiquitatum*
 de eo scripsit: habent porro *Berosi* verba
 in hunc modum: *Erat Noë filius ex tri-*
bus primis adolescentior Chem, qui sem-
per magicæ ac venificæ studens, Zoroa-
stis nomen consecutus erat. Is partim
Noam odio habebat, quia alios ultimo

genitos ardentius amabat, severò despici
 videbat, potissimè verò idem infensus
 erat patri ob vitia. Itaque nactus oppor-
 tunitatem, cùm Noa pater madidus ia-
 ceret, illius vitilia comprehendens, ta-
 citè que submurmurans carmine magi-
 co patri illudit, simul & illum sterilem
 perinde atque castratum effecit: neque
 deinceps Noa foemellam aliquam foe-
 cundare potuit. Ob beneficium inuen-
 tæ vitis & vini dignatus est cognomen-
 to Iano, quod Aramæis sonat Vitifer &
 Vinifer. At verò Chem cùm publicè
 corrumperet mortale genus, asserens,
 & re ipsa exequens, congregiendum es-
 se, vt ante inundationem, cum matri-
 bus, sororibus, filiabus, masculis, brutis,
 & quouis aliò genere, ob hoc eiec-
 tus à Iano pijssimo, & castimonia atque pu-
 dicitia refertissimo, sortitus est cogno-
 mentum Chemescenua, id est, Chem in-
 famis & impudicus, incubus propaga-
 tor. Est enim *Esen* apud Scythas *Ara-
 mæos* infamis & impudicus. *Enea* verò
 tum impudicus, tum propagator. Bero-
 sus

fus Babylonius hucusquè. Quid ergo mirum, si humani generis corruptorem, si Dei contemptorem, si osorem patris, si magum atque veneficum, si scelerum omnium sentinam, Impium appellaue- rit Vates?

Fundamentum verò, pedes, atque ima corporis vocavit Habacuc: quòd instar fundamenti, altitudinem corporis supportent, vnde etiam Bases, non admodum ab simili translatione, in Actibus Apostolorum dicuntur. Et apprehensa, inquit Lucas, manu eius dextera, alleuauit eum, & protinus consolidatæ sunt bases eius & plantæ.

Act. 3. 7.

¶ Fuit alia demum, eaquæ postrema nobis radendorum pilorum occasio: cum ingens cuiuspiam contigisset malum: maximè verò in morte & funere cognatorum aut amicorum: Achilles enim, vt est apud Homerum, in Patrocli exequiarum iustis comam deposuit. Describit autè Homerus in hunc modum:

*Protinus armati conscensis curribus adsunt
Miles & auriga, procedunt agmine primi*

Pulchrè instructo equites, sequitur fulgen-
tibus armis

Turba nitens peditum: post quos exangue
cadaver

Patrocli impositū seretro, de more ministri
Elatū, in mediū cœtu spectante reponunt,

Mox tonsi iniectis totum texere capillis

Corpus inane viri: sequitur gemebundus
amici

Cōplexus caput Acacides, q̄s destinat orco,
Præstantem mittens animam pallentibus
umbris.

Jā loca cōtingerāt quæ designarat Achilles,
Deposuerè humeris capulum: tum mœstus
Achilles

Fluam casariam, quàm lenis t̄o Sperchio
Nutrierat, primisquæ virentem eduxerat
annis

Ipsè suis manibus sibi præscidit, altaq; longè
Aequora prospectans, animo indignante
profatur:

Sperchie hos alios crines tibi nomine Peleus
Sacrarat pater, in patriam si fortè redissem,
Hanc tibi dissectam celsa de fronte di-
carem,

Maeta-

hæc Maclaren quæ agnos decies quinque albi
 sibi comantes mibi en mibi mibi mibi

ig Ad fontem, qua templum tibi atque altaria
 tuum fumant, dorq; tibi mibi mibi mibi

-u- Hac vocat senior, cuius tu vota precesquæ
 10 Non exaudisti, nunc cum mibi fata negant

-o- Ad patrios remeare lares carosq; parentes,
 Deuoueo hanc Patrocle comam tibi: talia

dicens, tu sibi mibi mibi mibi mibi

In manibus posuit iam non capientis amici
 Casariæ, lachrymas nec cõtinuere videntes.

Apud Sophoclem etiam vetustissimum
 poëtam, frequentissima quoque est huius
 consuetudinis mentio. Chorus namque
 in Aiace flagellifero, in hunc modum al-
 loquitur Tecmesam concubinam Aia-
 cis, qui tum demum sibi mortem præ fu-
 roris pudore consciverat:

O sortis infauista misera Tecmesa, ades,

Vide quid adferat tibi iste nuntij.

Quæ ista radunt: gaudia penis iacent.

Est autem hæc dicendi formula a tonso-
 ribus desumpta, qui quosdam per pecti-
 nem radunt, relictis pilorum quali stir-
 pibus, quosdam citra pectinem ad vnam

vsque

202

vsque cutem. Plautus in Captiui duo: Sed
 vtrum strictim ne dicam attonsuru esse,
 an per pectinem; nescio: verum si frugi
 est, vsque admirabit probè. Loquitur
 de herò diligentius omnia percunctatu-
 ro, & tanquam ad cutem rasuro. Téucer
 quoq; apud eundem Sophoclem, in co-
 dem Atace sic inquit:

*Atqui peropportune adest cum coniuge
 Huiusce filius viri, exequias viri
 Necifero parent cadaveri. O puer huc ades,
 Et propius assiste, inq; supplicis modum
 Corpus parentis, quo satuses, attingito.
 Flexisq; procumbe genibus manu tenens
 Comas meas, huiusque, & onà etiam tuas.
 Thesaurus hic est supplicantium. At aliquis
 Site ex Pelasgo exercitu mortalium
 Auulserit violenter hoc à funere,
 Nec alius male insepultus dispereat, humo
 Eiectus, atque cum genere radicitus
 Toto suo extirpetur, hoc quo nunc modo
 Hunc præseco cirrù. Tene huc, serua, o puer.
 Chrysotemis etiam apud eundem in Ele-
 ctra, sororem ipsam Electram his verbis
 alloquitur:*

supl

Abs

*Abs te digressa antiquæ ut accessi ad patris
Tumulum, repletos lacte rinos conspicio*

Fuso recens, variisque bustum sterculis

*Quæ quæ patet sparsum undique. Obstupui
videns*

Circuq; spectans num quis in propinquo ibi

Loco lateret abditus mortalium,

Vbique solitudo, vbique silentium.

Accedo simulum propius, extremo loco

Pyra resectas conspicio: recens comas

Suetonius in Caligula de morte Germanici referens; sic narrat: Quo defunctus est die, lapidata sunt templa, subuersæ deûm aræ; Lares à quibusdam familiares in publicum abiecti, partus coniugum expositi. Quin & Barbaros ferunt, quibus intestinum, quibusque aduersus nos bellum esset, velut in domestico communiq; mœtore, consensisse ad inducias. Regulos quosdam barbam posuisse, & vxorum capita rasisse, ad indicium maximi luctus; Hæc Suetonius. Plutarchus verò, Alexandrum illum magnum, in luctu ac funere Hephæstionis equos etiam & mulos totondisse tradit:

-11120

sibi

sibi autem atque suorum fortissimis abra-
sisse capita, autor est Aelianus. Hunc mo-
rem Ægyptijs in luctu obseruatum fuisse,
ostendit Plinius, sic dicēs: Bos in Ægy-
pto etiam numinis vice colitur, Apim vo-
cant. Insigne ei, in dextro latere candi-
cans macula, cornibus Lunę crescere in-
cipientis. Nodus sub lingua, quem Can-
tharum appellant. Non est fas eum cer-
tos vitę excedere annos, mersumq; in sa-
cerdotum fonte enecant, quę situri luctu
alium quem substituant, & donec inue-
nerint mœrent, de rasis etiam capitibus.
Hęc ille. Byblię deinde, Luciano teste, in
Adonidis sacris radere capita consueve-
runt: hęc autem cum luctu celebrari so-

Ezec. 8. 14. lere, Autor est Ezechiel, vbi ait: Et in-
troduxit me per ostiũ portę domus Do-
mini, quod respiciebat ad Aquilonem;
& ecce ibi mulieres sedebant plangentes
Adonidem. Sunt præterea multa loca in
diuina Scriptura hunc vetustum morem
testatia. Iob enim audito filiorũ interitu,
Leuit. 14. i tonso capite corruit in terram. Non vos
incidetis, inquit Leuiticus, nec facietis

caluitium super mortuo. Ieremias verò:
 Et morientur grandes & parui in terra *ler. 16. 6.*
 ista: non sepelientur neque plangentur,
 & non se incident, neque caluitium fiet
 pro eis. Ezechiel assumens super Tyrum
 lamentum, sic ait: Et radent super te cal- *Eze. 27. 31*
 uitium, & accingentur cilicijs, & plora-
 bunt te in amaritudine animæ ploratu
 amarissimo: ad nihilum deducta es, &
 non eris vsquè in perpetuum. *11. 1. 133*

Veruntamen in magnis atque atrocio-
 ribus malis, non solùm caput & barbam,
 sed etiam pedum ac totius corporis pi-
 los rasisse Veteres, ostendere videtur
 Isaias, cùm inquit: In die illa radet Domi- *Isa. 7. 20.*
 nus in nouacula conducta, in his qui
 trans flumen sunt, in rege Assyriorum,
 caput & pilos pedum, & barbam vniuer-
 sam. Huncque ipsam Isaiæ locum ad yn-
 guem expressisse arbitror Habacuc, dum
 ait: *Percussisti caput de domo impij, denudasti*
fundamentum usque ad collum. Vt sit sen-
 sus: Aded magnis ac multis calamitati-
 bus, primogenitorum deinde necibus,
 afflixisti atque vexasti vniuersam domū
 & fami-

& familiam impijssimi Cham in *Egypto*, vt cuncta *Egyptiorum* capita, quasi vnum, caluitio ac rasura fuerint percussa: quin etiam pedes & foemora, denique totum corpus vsque ad collum attonsa fuerint, atque pilis nudata. Nudare quippe in diuinis literis, tondere nonnquam significat. Vt apud *Isaiam*: *Decaluitabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crine earum nudabit.* Quod ergo *Isaias* dixit: *Radet caput: Habacuc vertit, Percussisti caput.* Percussisti, scilicet, nuditate & caluitio: vt aliarum quoque afflictiones hominem percutere dicuntur. Sic enim legimus in *Deuteronomio*: *Percutiat te Dominus egestate, feбри & frigore, ardore & aestu, & aere corrupto ac rubigine.* Quod verò *Isaias* dixit, *Et pilos pedum: Habacuc reddidit, Fundamentum:* quoniam pedes, vt diximus, bases sint, & totius corporis fulcimen existant. Postremò, quod est apud *Isaiam*, *Et barbam vniuersam:* id ipsum apud *Habacuc* significat, vsque ad collum. Eodem igitur ordine, quauis

uis diuersis aliquatulum verbis, eandem sententiam protulerunt Isaias & Habacuc: incipientes etenim à rasura capitis; mox ad pedes demittunt sese, inde ad barbam rursus & collum sermonem retulerunt vtrique. Sed & Michæas etiã hunc *Mich. i. 16* morem radendi corporis, non obscure significare videtur, cum ait: Decaluare & tondere super filios deliciarum tuarum: dilata caluitium tuum sicut Aquila: quoniam captiui ducti sunt ex te. Id est, Non sit tibi satis caput decaluare & tondere: sed totum etiam corpus abra-
de, ad similitudinem Aquilarum, quæ vniuersas plumas mutant & excutiunt senio confectæ. Iuxta id quod dicitur in Psalmis: Renouabitur vt Aquilæ iuuentus *Ps. 102. 5.* tua. Senectus Aquilæ, vulgari prouerbio locum fecit. Terentius in Heautontimorumenno, Visa est, inquit, verè quod dici solet, Aquilæ senectus. Diuus Gregorius in Ezechielè, Michææ locum in huc modum explanat: Caluitium, inquit, hominis in solo capite fieri solet: caluitiũ verò Aquilæ in toto corpore: quia cum valdè
senue-

senuerit, plumæ eius ac pennæ ex omnibus membris illius cadunt. Caluitium ergo suum sicut aquila dilatat, quia plumas perdidit, quæ populû amisit. Alarû quoque pennæ ceciderunt, cum quibus volare ad prædâm consueuerat, quia omnes potentes extincti sunt, per quos aliena rapiebat. Haftenus Gregorius. Sed & caput ipsum *Fundamenti* vocabulo non incongruè intelligere possemus: Est enim homo veluti arbor inuersa, pro radicibus capillos, pro ramis manus & pedes habens. Vnde est illud apud Persium:

*Hic campo indulget, hunc alea decoquit, ille
In Venerem est putris, sed cum lapidosa chi-
-ra gra*

*Fregerit articulos veteris ramalia fagi,
Tum crassos transisse dies, lucè que palustrè,
- Et sibi iam seri vitam ingemere relictam.*

Hinc est apud Senecam hominis ad syluam comparatio. Et Homerus (vt nōnuli sentiunt) sæpissimè vocat $\phi\upsilon\lambda\lambda\alpha\ \tau\omicron\iota\upsilon\ \kappa\alpha\tau\epsilon\omicron\upsilon\ \mu\omicron\iota\upsilon$ humanum genus: & Græci dicunt, $\tau\omicron\upsilon\varsigma\ \kappa\alpha\tau\epsilon\omicron\upsilon\ \mu\omicron\iota\upsilon$ ipsos quasi arbores cōtrarias. Quod ergo priùs vates suboscure dixerat:

Percus-

Percussisti caput: consueta repetitione declarat, & per capitis percussione[m], illius denudationem atque rasuram vsque ad collum, id est, capitis pariter atque barbæ, intellexisse manifestat.

Ergo vt redeamus ad Habacuc, in Ægypto, in terra atque familia impij Cham, in cunctis capitibus fuit caluitiū, & omnis barba rasa est, vt Isaiaë verbis dicam. Factum est enim in noctis medio, *Isa. 15. 2.* percussit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis, qui in solio eius sedebat, vsque ad primogenitum captiuaë, quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum. Surrexitq; Pharao nocte & omnes serui eius, cunctaque Ægyptus: & ortus est clamor magnus in Ægypto: neque enim erat domus in qua non iaceret mortuus. *Exo. 12. 29.*

Pro dictione *Semper*, iam diximus, in Hebræo haberi *Sela*: de cuiusq; vi & multiplici significationum ratione, abundè in superioribus annotatum est.

Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius, venientibus ut turbo ad dispergendum me: exultatio eorum, sicut eius qui devorat pauperem in abscondito: viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.

SVnt quibus iste locus aliquantulum obscurus videatur, propterea quòd nomen *Sceptris*, non in acquisitionis casu positum, sed instrumenti casum apud Hebræos, ac perinde etiam apud editionē Latinā, obtinere iudicauerint. Habēt enim Hebræa: וַיִּפְּרֹץ בְּקֶבֶץ. Et quoniā קֶבֶץ, perforare quoquē significat, vt in libro Iob: *Iob. 40. 19.* In sudibus perforabis nares eius. Et apud *Isa. 36. 6.* Isaiam: Intrabit in manum eius, & perforabit eam. Ideò Pagninus in hoc loco transtulit: Perfodisti baculis eius caput exercituum eius. Noua autem editio: Perforasti cum baculis suis caput paganorum eius: Vel, vt Vatablus interpretatur, copiarum aut exercituum eius: Subaudi Ægypti, vel Pharaonis. Id est, Peremisti eum, inquit Vatablus à perinde

perinde atque si proprijs telis perforaf-
 ses capita eius. Quasi dicat, Te autore
 perijt exercitus Pharaonis, ipsiusmet cō- *Exo. 14. 5.*
 filio : nam ita consuluit Pharao , vt sui
 Israëlitas insequerentur . Potest facile
 Vulgata editio in hunc sensum trahi, si
 nomen *Sceptris*, non in datiuo, sed in abla-
 tiuo aut effectiuo casu, iuxta prædi-
 ctorum sententiam, positum intellexe-
 rimus.

At verò verbum *אָפַר*, Maledicere etiã
 significat, vt in Numeris: Quomodò ma *Num. 23. 8*
 ledicam cui non maledixit Deus? Et rur-
 sus: Inde maledicito ei. Et in libro Iob:
 Maledicant ei qui maledicunt diei. Et in *Iob. 3. 8.*
 Prouerbijs: Qui abscondit frumenta, *Pro. 11. 26.*
 maledicetur in populis. Litera autem *א*
 non semper instrumentum importat:
 sed inter alias plurimas, quas habet, si-
 gnificationes, sæpius ponitur loco
 præpositionum *Ad*, vel, *Contra*: vt
 in *Genesi*: Faciamus hominem ad *Gen. 1. 26.*
 imaginem & similitudinem nostram,
אֶפְרָיִם. Et in Numeris: Locuta est Ma- *Num. 12. 1.*
 ria & Aaron cōtra Moysen: *אֶפְרָיִם*. Vnde

non incommodè potuisset transferri. Maledixisti ad sceptrum eius, vel, cōtra sceptrum eius. In eundemq; incideret sensum cum Vulgata editione, quæ habet: *Maledixisti sceptris eius*. Si in acquisitionis casu, *Sceptris*, vertisse iudicauerimus. Quæadmodum autè in diuina Scriptura, Dei benedicere, benefacere est, fœcundare, & multiplicare: deniquè Benedictionis Dei nomine omnia fœlicia & bona à Deo præstita cōprehenduntur: ita è cōtrario, Dei maledictio omnia infausta & aduersa cōplectitur, Deiq; maledicere, malefacere est, id est, dāna, miseriā, in fœlicitatē, exitium & perniciē inferre. Sensus igitur nostri Prophetæ est: Perdidisti penitūs oēs Ægypti principes, omniaq; capita bellatorū eius, vel omnē summā militum eius: destruxisti regem ac duces, omnesq; pariter exercitus eius. Etenim, cū in populū tuum, gentemq; meā Israeliticā, magno tumultu ac fragore instar sæui turbinis irruerent, vt eos dissiparent ac perfundarent, cumq; exultarent maxime, quasi hi qui facilè ac nullo negotio
 Israeli-

Israëlitas in pristinam seruitutem se redacturos sperarent: ut potè coarctatos in terra, & conclusos in deserto, vnde nullum pateret effugium: cumq; eos omni profusus ope & auxilio destitutos existimantes, certò se deuoratos consideret, atq; ca iactarent, quæ Turnus apud Maronè:

Ergo maria inuis Teucris,

Nec spes vlla fuga: rerum pars altera adem

Optata est: nihil sibi in auxilio vitæ putat.

Terra autem in manibus nostris: tot millia

gentes.

Arma ferunt. Ftale, nil me fatalia terrent,

Si qua Phryges præ se iactat, responsa deorū.

Cum his similia iactaret Pharaò: tunc tu Domine ascendens super equos tuos. *Habac. 3. 8.*

& quadrigas tuas in salutem, id est, aduocatis nubibus & validissimo ventorū impetu, quibus veluti curribus & equis uti soles, te præsentem exhibuisti, viamq; in maritubro aperuisti, quæ populus tuus saluus & indemnis transmitteret: Ægyptij verò vniuersi aquis coeuntibus submergerentur. Cū enim extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est

primo diluculo ad priorem locum: ful-
 gientibusq; Ægyptijs occurrerūt aquæ,
 & inuoluit eos Dominus in medijs flu-
 etibus. Reuersæque sunt aquæ, & operue-
 runt currus & equites cuncti exercitus
 Pharaonis, qui sequentes ingressi fue-
 rant mare: nec vnus quidem superfuit ex
 eis. Filij autem Israel perrexerūt per me-
 dium sicci maris, & aquæ eis erant qua-
 si pro muro à dextris & à sinistris. Porrò,
 Nubes, currus: Ventos autem, Dei
 equos, ab Scriptura vocari, superius an-
 notauimus, cum locum illum interpreta-
 remur: Quia ascendis super equos tuos,
 & quadrigæ tuæ saluatio. His Deus equis
 in mari viam aperuit, ac veluti vada pèla-
 gi ante populum suum prætetauit: abstū-
 lit quippè illud Dominus, flante vento
 vehementi & vrente tota nocte, & vertit
 in siccum, diuisa q; est aqua. Idque ipsum
 significant quæ sequuntur: In luto aqua-
 rum multarum: fecisti, scilicet, viam equis
 tuis: dum vertit in siccum. Neque enim
 solum diuisa est aqua: sed exiccatum
 quoque est lutosum maris fundum: ita

ut non

vt non tantum ab aquis hihillæsi fuerint
 Israelitæ, sed neque luto aut cœno impe-
 diti, quominus liberi & puri alterius lit-
 toris oram tenerent. Zeugma igitur est,
 Viam fecisti in mari aquis tuis, viam fe-
 cisti in luto aquarum multarum. Rece-
 dentibus enim, seseq; diuidētibus aquis,
 exiccato deinde luto, facilis & expedita
 paruit Israelitis via. Nā ex aqua que ante
 erat, terra apparuit arida, & in mari ru-
 bro via sine impedimēto, & campus ger-
 minans de profundo nimio: vt dicitur in
 libro Sapientie.

*Exultatio eorum, sicut eius qui deuorat
 pauperem in abscondito.* Sūt multa nomina
 Hebraica, pro quibus omnibus Latinus
 interpres vnicum reddidit vocabulum
 Pauper. Est עביון *Ebion*, cuius vice ver-
 tit in Psalmis: Ego verò egenus & pau-
 per sum. Dicitur autem à verbo עָבַה, id
 est, Velle, vel desiderare: quòd pauper
 egestate compulsus, rerum necessariarū
 iugi desiderio teneatur. Est etiam חֶלְחָה
Helcha, pro quo legimus in nono Psal-
 mo: Oculi eius in pauperem respiciunt.

Hoc nomen Hebraei compositum esse volunt, & Cœtum ac Congregationem mœrentium interpretantur. Est & 1209 Mischen, cuius loco dicitur in Ecclesiaste: *Melior est puer pauper & sapiens rege sene & stulto.* Deriuatur autem à verbo Hebraico quod prouidere significat: prouida quippè solet esse pauperies. Sunt qui velint deduci ab Apothecis & promptuarijs, per antiphrasin, quòd sine eis sit. Est & 1210 Ras, pro quo legimus in libris 2. Re. 12. 3. Regù: *Pauper autè nihil habebat omnino præter ouem vnã.* Est deniquè nomen 1211 Aani, apud Habacuc in hoc loco, vbi dicitur: *Exultatio eorum, sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.* Deducitur autem à verbo quod affligere & humiliare significat. Hocque nomen apud Scriptores diuinos non tam rerum temporalium indigum, quàm afflictũ & malis oppressum, opeque humana & cunctorum auxilio destitutũ solet indicare. Fidentes igitur, inquit Habacuc, & gloriabundi irruebant in nos longè illis virtute ac viribus imbecilliores, omniq; vt ipsi

ipsi existimauerunt, praesidio desertos, insu-
 per velut in cauea conclusos: quippe cum
 a tergo numerosissimus ac fortissimus,
 instructissimisque hostium immineret ^{Exo. 14. 2.}
 exercitus: progrediendi verò & fugien-
 di oppositum pelagus interciperet facul-
 tatem. Repererunt enim Aegyptij Israe- ^{Exo. 14. 9.}
 litas in castris super mare, & dixerunt:
 Coarctati sunt in terra, conclusit eos de- ^{Exo. 14. 3.}
 sertum. Ergo, tanta fiducia & alacritate
 me inuaserunt, inquit Vates personam
 agens populi, quanta latrones solèt ado-
 ririuatorem omni auxilio destitutum, in
 loco secretiori ac solitario reperiunt atq;
 deprehensum. Et quemadmodum is qui
 afflictum & humiliatum in abscondito
 haectus, nemine vidente neque prohiben-
 te, nullo aduersante, facile deuorat & ab-
 sumit, ita Aegyptij nos eremo ac mari, ho- ^{Exo. 14. 3.}
 stium exercitu atque copijs obsessos, nul-
 lo negotio opprimere & quasi deuorare
 posse, sibi promittebant. At tu Domine
 equis tuis viam nobis sternens in mari,
 tuosque incolumes atque saluos trāsmit-
 tens, *Maledixisti sceptris eius, capiti bellato-* ^{Exo. 14. 3.}
rum

-rum eius, quod est: Perdidisti funditus omnes principes atque primores eius, submersisti vniuersos duces ac capita

Exo. 14. 6. exercitus illius. Iuxit enim rex Ægyptiorum currū, inquit *Exodus*, & omnē populū suū assumpsit secū. Tulitq; sexcentos currus electos, & quicquid in Ægypto curruum fuit, & duces totius exercitus.

Exo. 14. 28 Reuersæq; sunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare: nec vnus quidem superfuit ex eis.

Per metonymiā verò, *Sceptra* pro principibus positum est: quoniam olim vniuersi principes ac magistratus sceptrage stare consueuerunt. Sceptraq; fuisse arbitrōr duodecim virgas illas, quas tulit Moyses, ac posuit in tabernaculo: fœderis corā testimonio: vt ostēderet Dñs per

Nu. 17. 1. germinationē virgæ, quē elegisset in sacerdotē sibi. Locutus est enim Dñs ad Moysen, dicens: Loquere ad filios Israel, & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas, à cūctis principibus tribuum.

Nu. 17. 6. Locutusq; est Moyses ad filios Israel: & dederunt

dederunt ei oēs principes virgas, per singulas tribus. Id est, singuli tribuum principes dederunt scepra sua. Nā in Numeris idem est vocabulū Hebræum ^{וַיִּתְּנוּ} pro virgis, quod in Vate nostro pro Sceptris: Et illud quoq; quod sequitur, hoc ipsum confirmare videtur, ait enim: Protulit ergo Moyses oēs virgas de conspectu Dñi ^{וַיִּתְּנוּ} ad cūctos filios Israhel: videruntq; & receperūt singuli virgas suas. Ionathas, vt refertur in primo Regū libro, cū ignoraret q; pater suus Saul adiurasset populū, extēdit summitatē virgæ quā habebat in manu, & intinxit in fauū mellis. In Hebræo pro Virga est similiter & nomen ^{וַיִּתְּנוּ}. Sceptrum porrò virgam illā fuisse, expressè testatur Septuaginta interpretes, vertērunt enim: ^{ἔτελλεν τὸ κέρας τοῦ σκεπτερος αὐτοῦ} Id est, Extendit summitatem sceptri sui. Sed & Banaiam filiū Ioiadæ, sceptrum gestasse, legimus in primo libro Paralipomenon, vbi dicit: Ipse percussit virū Ægyptiū, cuius statura erat quinque cubitorū, & habebat lanceā vt liciatorium textentiū. descendit igitur ad eum Banaias cum

virga, & cepit hastam quam tenebat
 manu, & interfecit eum hasta sua: Est au-
 tem p̄t̄ virga in Hebræo *bat̄*; quod no-
 men ponitur apud Isaiam pro Virga do-
 minantium; cum ait. *Cōtr̄iuit Dominus*
baculum impiorum; virgam dominan-
 tium. Vertit autem Sceptrum *Vulgatus*
Gen 49.10 interpret̄ vbi legimus: Non auferetur sce-
 ptum de Iuda. Quam prophētiā etiam
 nonnulli ex hac ipsa gestandi sceptrū cō-
 suetudine impletam volunt, eo quod in
 tribu Iuda vsque ad *Herodem* nunquam
 sceptriger princeps defuerit. In *Ægypto*
 namq; sub Pharaone; in deserto sub *Moyse*;
 in *Palæstina* sub aliarum tribuum iudi-
 cibus ac regibus; *Babylone* sub captiuita-
 te; & postreditum sub alijs ducibus ac sa-
 cerdotibus; suos semper habuit princi-
 pes tribus Iudæ, quorum catalogū *Mat-
 thæi* capite primo & *Lucæ* tertio legi-
 mus. Tametsi interim parent̄ alterius
 tribus duci, vt *Moyse* *Leuitico*, *Gedeoni*
Manasse, *Tholæ* *Isacharæ*, *Ahialoni* *Za-
 bulonitæ*, *Samsoni* *Danæ*, *Samueli* *E-
 phraitæ*, *Sauli* *Beniaminitæ*, atque alijs.

At vbi Herodes primus, cognomento Aſcalonita omninò alienigena, patre Antipatro, Aſcalonita, matre verò Cipride Arabica, in regem Iudæorum creatus eſt, & ſenatus ſeptuaginta iudicum ſublatus eſt, & nullus ampliùs de tribu Iudæ ſceptrum in ipſa geſtare, nedum in toto populo permiſſus eſt. Vnde hiſ temporibus Chriſto nato, Iacob vaticinium impletum eſt. Ergo omnes olim communiter principes ſceptra geſtare etiam in alijs tribubus conſueuerunt, verùm aliæ decem tribus multò ante Chriſtum in perpetuam captiuitatem abductæ, principes ac duces habere deſierunt: Beniamina porrò tribu Iudaicæ tribui permiſta, illi quoque ſubdita fuit. Neque verò ſoli Hebræorum principes atque magnates ſceptra antiquitus geſtare ſunt ſoliti: geſtarunt & aliæ nationes. Annotauit que Sophoclis Scholiaſtes, præfectos olim certaminum, virgam ſiue ſceptrum geſtaſſe. Deſcribit autem Sophocles in Trachinijs, *Herculis* & *Acheloi* ſingulare certamen, atque addit:

Sola

Sola hic coniugij praeses Venus

Dira gubernabat leui

Praesidia virga.

Neque soli Agamemnoni, summo Graecorum exercitus apud Troiam regi, sceptrum tribuit *Homerus*:

Prodiit hic adstans Danaum moderator
Atrides,

Sceptra tenens manibus, Vulcani opus igni-
potentis.

Sed *Vlisses* quoque sceptrum *Thersites* incutit:

Talia commemoras scepro sic perculit aureo

Terga humerosque viri, liuoris ut inde coacti

Pallor, et extarent vibices sanguine nigra.

Et in alio loco:

Ast ubi solerti fandi ius cessit Uliissi,

Intentus telluri oculos atque ora tenebat

Obtusum tacito, sceptrum immobile dextra.

Datur denique concionati *Telemacho*, datur etiam *Achilli*: Qui iniuria affectus, per sceptrum iurat, alloquitur autem *Agamemnonem* in hunc modum:

Sed tibi edico, et super magni iuramentum iuro,

Certe per hoc sceptrum, quod quidem nun-
quam folia et ramos:

Producet

- Producet, postquam primum incisionem in
montibus reliquit,

Neque pullulabit: circum enim gladius de-
corticauit

Foliaque ex corticem: nunc iterum ipsum fi-
lij Achiuorum

- In manibus portant iudices, quique leges

A Ioue hauserunt. hoc autem tibi erit iura-
mentum.

Sic dixit Pelides, sceptrum autem proiecit in
terram

Aureis clavis transfixum: cōsedit autē ipse.

Transtulit hos Homeri Versus Virgilius,
dum regem Latinū cum Ænea paciscen-
tem inducit. Ait enim:

Ut sceptrū hoc (dextra sceptrum nam forte
gerebat) (umbras

Nunquā fronde leui fundet virgulta, nec

- Cū semel in syluis imo de stir perecisum

- Matre caret, posuitq; comas, et brachia ferro,

- Olim arbos, nunc artificis manus are decoro

- Includit, patribusq; dedit gestare Latinis.

Talibus inter se firmabant fœdera dictis.

Iurat autem per sceptrū Achilles, quoniam i
iustitiæ symbolum sit sceptrum, aut quia
diui-

diuinitatis quippiam habere sceptrā, veteres existimarunt. Scribunt Apollonij interpretes, Cœneum adeuntes per sceptrum iurare compulisse, cui ipse, neglecto deorum cultu, preces fundebat, rem itidem faciebat diuinam. Cheroneos legimus ex dijs omnibus præsertim Sceptrum coluisse Agamemnonis, quod

Vulcanus dedit ipse Ioui Saturnigenai,

Iupiter alato bonus obtulit Argicide,

Mercurius Pelopi per equestria frena potenti,

Tantalides qua deinde Pelops tibi contulit

Atreu,

Liquerat hac Atreus opulento dona Thyeste,

Ferret ut à magno capit hac Agamemno

Thyeste.

Iurabant igitur prisca olim per Sceptrū, aut illud certè faciendis fœderibus adhibebant: quando veteres simulachrum Iouis cum sceptro in hunc vsum adhibere consueuerunt. Sed cū hoc ipsum difficile esset aliquando, præsertim quando cum remotissimis fœdera ferirentur, inuentum est, vt sceptrum quasi imaginem

Iouis

Iouis tenentes, fœdus percuterent. Dolon apud Homerum, cum ab Hectore in Græcorum castra nocturnus explorator mitteretur, sic inquit:

Sed tu nunc omnia sceptro

Protento firmare velis, mihi te esse daturum

*Frena & equos, currusque inuicti nuper,
Achillis.*

Sic ait: ille manu vibrabat nobile sceptrum.

Vel, vt verbum verbo reddam:

*Sic dixit. Hic autem manibus sceptrum iecit,
& ei iurauit.*

Demittebant quippè sceptrum iurantes, & aduersus eum, cui iusiurandum præstabant, illud protendere consueuerunt: at is cui iuramentum dabatur, sceptri summitatem tangebatur, aut interdum etiam supplicis in modum osculabatur. Huius moris apertissima vestigia inuenimus in volumine Esther: etenim prisco iuradiritu rex Assuerus extendit contra eam virgã auream, quam tenebat manu. Esther autem accedens, vt quæ iuramentum acciperet, regemque pariter veneraretur, osculata est summi-

Esth. 5. 2.

Hh tatem

tatem virgæ eius: Vel, tetigit caput virgæ eius: quod habent *Hebræa*. Quod autem *Esth. 8. 4.* capite octauo libri *Esther* legimus: At ille ex more sceptrum aureum prætendit manu, quo signum clementiæ mōstrabatur. addititium atq; aduentitium ex parte est: addidit nanque *Latinus* interpres de suo verba illa: Ex more: Et itē illa: Quo signū clementiæ mōstrabatur: neq; enim in *Hebræis* exemplaribus, neq; in *Græcis* codicibus inueniuntur. *Hebræa* tantū habent: Et extendit rex ad *Esther* virgā auream: & surrexit *Esther*. Hisq; ad verbum consonant *Græca*. Similiter etiam capite *Esth. 4. 11.* quarto eiusdem libri, vbi dicitur: Nisi forte rex auream virgam ad eum tetenderit, pro signo clemētia. Tres postremę dictiones addititię sunt, paraphrasticè ab interprete *Latino* interiectę: neq; enim *Hebraica* aut *Græca* volumina eas vt *germanas* ac *natiuas* agnoscunt. Porro verò, sceptri extensione, veluti iuramento firmissimo, cōfirmavit *Assuerus*, tutò eam regē adire posse: etsi cōtra legē accedens iniussa, capitis facta fuisset rea. *Ioseph* vtique totius *Ægypti*

Ægypti præsidē, & sceptrū gestasse, &
 protēso versus Iacob patrem suū scepro
 iurasse, huncq; filij iusiurandū accipien-
 tem, ad sceptri illius summitatē adorasse,
 diuinē literē prodiderūt. *Fide, inquit Pau- Heb. 11. 21.*
 lus, Iacob moriens, singulos filiorum Io-
 seph benedixit: & adorauit fastigiū vir-
 gæ eius. *Fide autē dicitur adorasse Iacob,*
 quoniam in scepro & potestate Ioseph,
 Christi vêturi crucem ac regiam potesta-
 tem prænouit. *Citat autē hoc ipsum Paulus*
 ex *Genesis* capite quadragesimo septi-
 mo: Vbi enim: Latina versio habet: Quo *Gen. 47. 31*
 iurante adorauit Israel Dominum con-
 uersus ad caput lectulæ. *Hebræis est,*
 וַיִּשְׁתָּחֲוֶה אֶת-רֹאשׁ הַכִּסֵּא וַיִּשְׁבַּח אֶת-יְהוָה. *Quæ*
 verbum ex verbo Septuaginta interpre-
 res transtulerūt: Et iurauit ei, Et adorauit
 Israel super summitatem virgæ eius. His
 diuinus Paulus assencit, ad Hebræos scri-
 bens Hebraice. *Legerunt igitur Paulus*
 & Septuaginta *קֶשֶׁת*, quæ vox bacu-
 lum, virgam, atque sceptrū significat.
At interpres Latinus legit קֶשֶׁת, id est, le-
ctulū, quod nunc circumferunt Hebræi

exemplaria. Huicque accedit Chaldaica
 paraphrasis, vertit enim: Et iuravit ei. Et
 adoravit Israël super caput lectuli. Acce-
 dit & Pagninus dicens: Et iuravit ei: &
 incuruavit se Israël ad caput lecti. Verun-
 tamen Latinus interpretis ut aptius senten-
 tiam cōcinnaret, paraphrasticos addidit
 duas dictiones, Dñm, atq; , Conuersus,
 dicens: Quo iurante, adoravit Israël Do-
 minum, conuersus ad lectuli caput. Cer-
 tē si nomen *נוב* absque punctis legatur,
 ut Septuaginta proculdubio legerunt, &
 Hieronymus existimatur: vtrunque si-
 gnificat, lectum, scilicet, atque virgam.
 Illud porro verisimile mihi admodum
 fit, huius adorationis Iacob Moysen
 intulisse mentionem, ut ostenderet im-
 pletum tunc temporis fuisse somnium,
 quo vidit Ioseph patrem suum adorantē se.
 Vidi, inquit per somnium, quasi Solē & Lu-
 nā, & stellas undecim adorare me. Quod
 cū patri suo & fratribus retulisset, incre-
 pavit eum pater suus, & dixit: Quid sibi
 vult hoc somnium quod vidisti: num ego
 & mater tua, & fratres tui adorabimus
 te super

.12. 11. d. 11

10. 7. 11. d. 11

Gen. 37. 2.

-10223 3 111

te super terram? Affirmat autem Paulus; fide adorasse Jacob ad sceptrum filij; quia si illum Christi figuram ac typum gerere non cognouisset, in eo que uenturum Messiam adorasset, indecens utique ac naturæ contrarium fuisset; ut grandæuis ac moribundus pater filium adoraret procumbens. Cum ingrediens Jacob in Ægyptum, occurrentem Ioseph in Gessen, non utique adorasse, quod dedecebat: sed osculis & amplexibus, ut patrem decebat, tum etiam & lacrymis excepisse dicatur. Aliquid igitur Jacob moriens in filio, natura & magistratu maius, agnouit, cui naturam pronus prostrauit.

Ergo ex his, quæ diximus, manifestum iam est, cur Sceptrum pro principibus ipsis sceptrigeris usurpauerit Habacuc; quod autem sequitur: *Capiti bellatorum eius*: superioris sententiæ repetitio & expositio est, poniturque numerus singularis pro plurali, *Capiti*, scilicet, pro capitibus, cunctisque ducibus bellatorum eius. *Eius* uero, id est, Impij Cham domus, Ægypti uidelicet, de qua præmiserat in versiculo

- præcedēti: Percussisti caput de domo impij. Et quoniā vocabulū Hebraicum וְנִי. nōnunquā significat summā alicuius numeri, vt in Exodo, vbi dicitur: Quādo tuleris summā filiorū Israel. Et in Numeris:
- Exo. 30. 12* meri, vt in Exodo, vbi dicitur: Quādo tuleris summā filiorū Israel. Et in Numeris:
- Num. 1. 2.* Tollite summā vniuersæ cōgregationis filiorū Israel. Posset etiā esse sēsus: Maledixisti, & extremā perniciē intulisti principibus sceptrigeris eius, vniuersæq; etiā sumē militū gregatorū eius: perdidistiq; eis caput & caudā: vt dixit Isaias. Neq; em̄ vnus superfuit ex eis, vt habet Exodus.

Isa. 9. 14.
Exo. 14. 28

Hab. 2. 1. Hucusq; prouexit orationē suā Habacuc: dū autem firmus: perstat in specula: Deumq; & exēplis ac supplicatione sollicitat, audit tandē quæ concupiuerat, accipitq; lætissima nuntia, quibus respondeat ad arguentem se. Addit itaque:

AUDIUI, ET CONTUR-
batus est venter meus, à voce contremuerunt labia mea: ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat.

Iaco. 5. 16. **E**Xtorquet Habacuc à Deo demum vel importunitate responsū: valet quippe plu-

pè plurimum erga Deum assidua iusti deprecatio. Dum igitur multis propositis antiquarum misericordiarum exemplis Deum precatur, ne populū sibi peculiarem calamitatibus ac ruinæ Chaldæos oppressuris inuoluat, audit subito, nō solum inuoluendū nō fore, verū in id Babylonios excindi, vt Israēlitę iā per captiuitatē sceleribus expiati, eadē captiuitate soluantur, liberiq; , & honorati ac læti in sedes pristinas, desideratamq; patriam, deniq; ad primos illos & antiquos patres ibidē conditos, reuertantur.

Hi verò qui Prophetæ huius literalē sensum exponunt (Sunt autē paucissimi, præcipuè in hoc capite tertio, confugientibus vniuersis ad latissimos cāpos allegoriarum) Vatem præ horrore malorū, quæ euētura Babylonij audierat, ad eò grauiter commotū volūt, vt vēter eius cōturbatu fuerit, & labia eius à percepta voce tremuerint. Tristēs em̄ & atroces etiā hostiū casus naturaliter horrore incutiūt. Vnde Isaiā quoq; dum præuidet Babylonis desolationem, dixisse autumant. Propterea

Isa. 21. 3.

Hh 4 imple-

impleti sunt lumbi mei dolore, angustia
 possedit me sicut angustia parturientis:
 corruui cùm audirem, conturbatus sum
 cùm viderē: Emarcuit cor meum, tene-
 bræ stupefecerunt me. At nonnulli Chri-
 stianorum atque etiam Iudæorum inter-
 pretum, hæc ipsa Isaiam in persona Bal-
 sasaris regis Babylonis, non in propria di-
 xisse decernunt, qui cùm grande fecisset
 conuiuium, manumq; in pariete contra
 candelabrum scribentem vidisset, facies
 eius commutata est, & cogitationes eius
 conturbabant eum, & compages renum
 eius soluebantur, & genua eius ad se in-
 uicem collidebantur, vt Daniel testatur.
 Conuenitq; plurimum quod Isaias è ve-
 stigio subiungit: Babylon dilecta mea po-
 sita est mihi in miraculum. At illi, quos
 diximus, loci huius nostri Vatis interpre-
 tes, dum hunc ex illo Isaiæ confirmare &
 explanare conantur, Isaiæ vtique verbis
 tantam venturorum malorum cladē &
 magnitudinem notari constituunt, vt
 ipse, qui narrat, horrore superatus, etiam
 inimici populi damna plangere compel-
 latur.

latur. Similiter & Habacuc Chaldaeorū
 incommodis condolere, affectuque hu-
 mano commoueri arbitratur, eiusque ver-
 borum intelligentiam ad hunc modum
 componunt, atque coaptant. Hæc quidē
 mirabilia opera, quæ superius hucusque
 recensui, te fecisse frequenter pro salute
 populi tui cōtra illius hostes audiui: atque
 ad eundem modum, te reuelante, etiam
 rursū te facturum intellexi: futuramque
 tam diram calamitatem hostium nostro-
 rum, ut ob eam à me præuisam, præ horro-
 re conturbata sint in me omnia interiora
 mea: & propter vocem tuam, quam auri-
 bus mentis percepi, etiam labia mea con-
 tremuerunt, ut ad loquendum inepta sint
 facta. At parum est, ut nunc ad tempus
 horrore venturorum malorum grauitèr
 commoueat, ita ut veluti putredo ingre-
 diatur in ossa mea, & ebulliat atque erum-
 pat sub me: hoc est, ut horror omnia mea
 interiora depascatur, & erumpat in exte-
 riora: modo id mihi aliquando detur, ut
 quiescam in tempore venturæ super im-
 pios, qui nos opprimunt, tribulationis.

Et tunc ascendere possim à Babylone ad
populum nostrum! fortè & bellicosum,
& cum eo rursum obtinere terram pro-
missionis. Futura est enim tanta terræ ho-
stium nostrorum desolatio, vt ficus non
floreat, & nō sit germē in vineis. Fructus
oliuæ frustrabitur expectationē, quæ est
de illo, & agri non producent cibum. Au-
ferentur de ouili greges ouiu, & non erit
armentū in præsepibus. *Haftenus* Corne-
lius Iansenius, eruditissimus sanè vir, & in
exponendis diuinis oraculis nulli, mea
sententia, nostra tempestate secundus.

E G O verò magis existimo, totā hanc
periodum: *Audini & conturbatus est ven-
ter meus, à voce contremuerunt labia mea: in-
grediatur putredo in ossibus meis, & subter me
scaeat.* Lætantis atq; gestientis vocibus
& affectibus esse plenā. Porrò autē, cūm
lætitiæ motus sicut & tristitiæ, deniquè
omniū sensuum, ex corde oriatur, eodēq;
desinat, vt placuit Aristoteli: si cor nimia
lætitiā opprimatur, non solū conturbari
necesse est, sed etiā nonnunquā interimi.
Narrat. T. Liuius post insignem illā cla-
dem

dēm à Romanis ad Thrasymenum acceptam, fœminas duas Romanas præ gaudio fuisse exanimatas. Vnam in ipsa porta, sospite filio repenti oblato, in conspectu eius expirasse: alteram, cui mors filij falso nuntiata fuerat, mœstam sedentem domi, ad primū conspectū redeuntis filij gaudio nimio exanimatā. Legimus apud Plutarchum, cum ciues vniuersi Polycritæ obuiā prouidentes gratularētur, eiusq; virtutē atq; prudentiam admirātes summis laudibus efferrent: ipsam tantæ lætitiæ magnitudinem non sustinentem, in omnium conspectu ad ciuitatis portam repenti expirasse. Sed minus miremur, q̄ mulieres. Immodica perijt lætitia Lacedæmonius Chilo, cum filiū in cōplexibus teneret Olimpię coronatum. Sophocles & Dionysius Sicilię tyrānus, vterq; accepto Tragicę victorię nūtio: vt Plinius testat. Lucianus & Sotades cōtra Plinij sentētiā, Sophocle acino vuc perijisse tradiderūt, at Valerius Maximus & Volaterran⁹ Plinij partes sequuti sunt. Quorū etiā vexillum sequitur Politianus in Nutritia dicens:

Quæq;

Quemque senem merita rapuerunt gaudia
palma.
 Nisi fortassè de Philippide intelligi ma-
 uis: nã & Philippides comicodigraphus;
 cùm in certamine poëtarum præter spẽ
 vicisset, ac propterea letissime gauderet,
 inter illud gaudium repẽte mortuus est.
 Diagoras Rhodius, cùm tres filios Athle-
 tas eodẽ die vincere, & victores corõ-
 nari vidisset, populusq; gratulabũdus flo-
 res vndique in eum iacerent, in stadio
 spectante populo, in oculis & manibus
 filiorum animam efflauit præ lætitia. Ut
 & Cicero in Tusculanis quæstionibus, &
 Gellius in noctibus Atticis pari consen-
 su testati sunt: præter quàm quòd Cicero
 duos tantũ filios Diagoræ coronatos,
 tres Gellius tribuit. M. ducentius Valua
 Consul, cùm in Corsica, quã nuper sube-
 gerat, sacrificaret, receptis literis decre-
 tas ei à Senatũ supplicationes nuntianti-
 bus, intento illas animo legens, caligine
 orta, ante foculũ collapsus mortuus,
 humi iacuit. Neque quid aliud, quam ni-
 mio gaudio eneectum, Valerius Maximus
 arbi-

arbitratur. Sunt qui dicant, Chrysippum
philosophum risu cōprehensum obiisse.
Nam cū asinus manducaret ficus, an-
cillæ dixisse, vinum asino sorbendū pro-
pinaret: nimioque risu detentum exha-
lasse animam. Verū hoc ipsum Vale-
rius Maximus tribuit Philæmoni poe-
tæ, hunc enim, cū videret asinum ficus
mensē paratas comedentem, tanto diffu-
xisse gaudio scribit, vt ex eo expirauerit.
Philistion Nicæus poeta comicus (qui
Socratis ætate floruit) nimio quoque risu
mortuus est. Politianus in Nutritia:
*Implicitusque Sophron, risuque Philistio
tandem
Perditus.*
Denique prouerbiali hiperbole, Risu
emori, non solum Terentius in *Eunucho*
est vsus: sed compita nunc & fora circū-
sonant. Vsurpauit & olim Homerus di-
cens: *sibbs*
*Deinde procorum splendida turba
Pro risu emoriens nimio, sustollit ad alta
Astra manus.*
Lachrymari, iuxta cum dolētibus, nimia
lætitia

lætitiâ correptos, non singularis temporis aut gentis mos fuit, natura mortalibus in generavit. Tobias cum vxore sua, in columi recepto filio, ambo flere cœperunt præ gaudio. Iacob ingredienti Ægyptum obuiam ascendit Ioseph, videntem eum, irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit. Idem Ioseph, cum amplexatus recidisset in collum Benjamin fratris sui, fleuit: illo quoque similiter flente super collum eius. Osculatusque est omnes fratres suos Ioseph, & plorauit super singulos. Penelope Homericâ ubi Ulysses maritum logo iam tempore non visum, præter expectationem ex coniugalis lectuli descriptione agnouisset, lachrymans occurrit. Inquit enim Homerus ad verbum: *Sic dixit. Huius illic soluta sunt genua & dilectum cor,* *Ulysses.*
Signa recognoscentis, quæ ei firma dixit Ulygebat itidem & maritus, addit enim: Sic dixit. Huic autem adhuc magis desiderium mouit luctus.
Flebat autem habens uxorem gratam prudentias scientem.

Virgilius porrò, apud inferos Anchisen
Æneæ filio in hunc modum congregien-
tem inducit:

*Isque ubi tendentem aduersum per grami-
na vidit*

Ænean, alacris palmas utrasque tetendit:

Effusaq; genis lachryma, & vox excidit ore.
Lachrymatur etiam & ipse Æneas, sequi-
ture enim:

Sic memorās, largo fletu simul ora rigabat.

Electra pari modo apud Sophoclē, Ore-
stem fratrem, quem plorauerat mortuū,
viuum conspicata, his verbis alloquitur:

Adeoquē vultum quando conspicio tuum,

Augetur, ut stillantibus semper gena,

Præ gaudio, humida lachrymis fluant.

Nā quo modo unquā tēperare à lachrymis

Mibi queam, qua temporis puncto breui

Et mortuum viuumq; te conspexerim?

Stuper utrique sensus ad subita gaudia,
ingenſque & inopinata lætitia non sa-
tis sui compotem animum improuidum
esse finit. Apud Sophoclem in Trachi-
nijs, Deianeira Herculis vxor, his verbis
alloquitur Lichan:

Novisti

*Nonisti ad hac, es quanto amore hanc ho-
spitam*

Exceperim, vidisti.

Respondet autem Lichas:

Ita beneuole, ut diu

Præ gaudio attonitum mihi cor stupuerit.

Philippo Macedoniæ rege superato, cum ad insigne spectaculum tota Græcia conuenisset, Quintus Flaminius tubæ signo silentio facto, per præconem hæc verba recitari iussit: Senatus, populusque Romanus, & Quintus Flaminius Imperator, omnes Græciæ vrbes, quæ sub ditio-
ne Philippi regis fuerunt, liberas atq; im-
munes esse iubet. Quibus auditis, maxi-
mo & inopinato gaudio homines per-
culsi, primo veluti nõ audisse se quæ au-
dierunt, credentes, obticuerunt. Iterata
deinde pronuntiatione præconis, tanta
cœlum clamoris alacritate cõpleuerunt,
vt certè cõstet, aues, quæ superuolabant,
attonitas pauentesq; decidisse. Legimus
in Actibus Apostolorum, venisse Petrũ
ad domum Marię matris Ioannis qui co-
gnominatus est Marcus, ybi erant multi

Act. 12. 12

congre-

congregati & orantes. Pulsanteque co-
 ostium ianua, processisse puellam ad vi-
 dendum, nomine Rhode. Et vt cognouit
 vocem Petri, præ gaudio non aperuit ia-
 nuã: sed intro currens, nuntiauit stare Pe-
 trum ante ianuã. Ea enim gestientis leti-
 tiæ natura atq; cõditio est, vt sese animus
 exundante lætitia non capiat: rumpatur-
 que propemodum, si narrando non in
 alios effuderit. Sed & id quoque læti-
 tiæ gestientis proprium esse videtur, vt
 qui ingenti gaudio perfusi sint, conten-
 tos & alacres mortem iam se appetitu-
 ros affirmant, si tam lato scæliciq; tem-
 pore mortem aduenisse cõtigerit. Iam læ-
 tus moriatur, aiebat Iacob ad Ioseph, quia
 vidi faciem tuam, & superstitem te relin-
 quo. Simeon vero iustus senex: Nunc di-
 mittis seruum tuum Domine, secundum
 verbum tuum in pace: qui a viderunt ocu-
 li mei salutare tuum. Suspicionem C. Iu-
 lius Cæsar quibusdam suorum reliquit,
 se iam pridem potentia gloriæq; abun-
 dè adeptum, neque voluisse diutius viue-
 re, neque curasse quòd valetudine minus
 li prospera

Luc. 2. 29.

prospera vteretur : ideoque & quæ religiones mōnerent, & quæ renuntiarent amici, neglexisse. Iam satis ô vita durasti, aiebat quidam apud Euripidem, desine tandem, prius quàm nouus aliquis casus aut meis opibus, aut corpori meo accidat. *Mors*, inquit Cicero, tum æquissimo animo oppetitur, cùm suis se laudibus vita occidens consolari potest. *Hos omnes quos diximus, lætitiæ gestiētis affectus, pulcherrimè Chærea ille Terentianus expressit, dum impotenti gaudio perfusus exclamat:*

Num quis hic est? nemo est. num quis hic me sequitur? nemo homo est.

Jam ne erumpere hoc licet mihi gaudium? prò Jupiter,

Nunc tempus profectò est, cùm perpeti me possum interfici:

*Ne vita aliqua hoc gaudium contamine-
-it agridine.*

His, vt ouum ouo, simillima tradit Habacuc, & communi more agens, ab effectibus & affectibus gestiētis lætitiæ, magnitudinem gaudij, quod ex audita Iudæorum

dæorum liberatione perceperat, graphicè describit, aut hyperbolicè forsitan exaggerat. Se etenim præ lætitia interiùs exteriùsque commotum, quin etiam ferè enectum affirmat: aut certè cum suis gaudium hoc ingens erùpere gestit atq; festinat: lætèq; & libenter posthàc, tam alacri percepto nuntio, se mortem appetiturum asseuerat. *Audiui*, inquit Vates, audiui: eccè quod speraui iam teneo, quod concupiui iam video: monstratù est mihi, vt ego liberer (Induit autem Vates populi Iudaici personam) monstratù mihi est, vt ego in die malorum & tribulationis requiescam, deniq; vt lètus & honoratus ascendá ad populum accinctum nostrum, Babylonem stirpitis eruendá fore, omniaq; penitus esse vastáda. Ita, vt interfectis abductisve colonis, arua infrugifera prorsus squalleant, vt in posterum neq; floreat ficus, neq; germinent vineæ, neq; oliua expectatù olim proferat fructù, aut agri solitos afferant cibos: ita vt nullum in caulis pecus, nullum sit futurum armentù in præsepibus. *Ego autem*

tam magnificè & honorificè in libertatem assertus, in Domino gaudebo, & exultabo in Deo vindice ac saluatore meo, qui ponet pedes meos quasi ceruorum, & super excelsa mea deducet me. Victori in Psalmis canentē. Hæc *Audiu*, inquit Habacuc, & dū mētis auribus tam iucunda nuntia percipio, cor meum & omnia interiora mea tremefacta sunt, & ad vocē ac lætissimū nuntiū, præ gaudio cōtremuerunt labia mea. E cunctis corporis membris tremor hæc tria maximè solet inuadere, genua, labia, & cor. Ad subitas quippè animi perturbationes, siue doloris eæ sint, siue lætitiæ, cor palpitat, concutiuntur labia, & genua pariter collabuntur. Vnde aiebat Eliphaz Themanites ad Iob: Genua tremētia confortasti. Et de Balsafare dixit Daniel: Genua eius ad se inuicem collidebantur. Sic etiā Homerus de Penelope ad mariti agnitionem gestiente:

Iob. 4. 4.
Dan. 5. 6.

Sic dixit. Huius illic soluta sunt genua & dilectum cor.

Ventrem autē Hebraïca dialecto, pro corde posuit

posuit Habacuc, sicut & Dauid quoque, cum ait: Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus. Quicquid enim à collo vsque ad inguina est corporis, Venter ab Hebræis vocatur: vt apertè prodit illud Dauidicum: Factum est cor meum tanquam cera liquecens, in medio ventris mei. Totà verò eam, quæ in corpore cauitas est, mēbrorū vitaliū locū esse constat, in quibus principatum cor obtinet: à quo, vt superius annotatum est, lætitix sicut & mœroris motus exoritur. Corde verò tremoribus affecto, omnia viscera contremiscere cōsentaneum est. Ergo, ingens atque irrequieta animi perturbatio & affectio, siue doloris, siue gaudij, interiorum partium concussione indicatur, vt apud Iob: Interiora mea effuerunt absque vlla requie. *Iob. 30. 17.* Ventris porò nomine significari cor, apertissime prodidit Vulgatus interpres: cum enim capite Prouerbiorum decimo octauo vertisset: Verba bilinguis quasi simplicia, & ipsa perueniunt vsque ad interiora ventris. At eiusdē libri capite vigesimo sexto, *Pro. 18. 8.* *Pro. 26. 21.*

ubi hæc eadem sententia repetitur, transfudit: Verba susurrionis quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad intima cordis. Sic enim habent omnia ferè exemplaria Latina, & in his correctissima Cõplutensia: sic Lyranus & Caietanus, & Cornelius Iansenius legerunt. Platiniani verò codices nuperime, Vétris pro Cordis substituerunt: Est autem in vtroque Prouerbiorum loco nomen Hebraicum *קֶבֶץ*, id est, Venter, quod est etiam apud Habacuc.

Quod autè sequitur: *Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat*: periphrasis est mortis: quæ, teste Aristotele, putredo quædam est. Is enim in Problematibus sic inquit: Cur diutiùs viuunt, qui locis calidis suam degunt ætatem?

An quia natura sunt sicciore: firmiter autem diuturniusquè; quod siccius est: mors autem putredo quædam est. Hac mor-

Iob. 13. 28.

tis periphrasi vsus est etiam Iob: Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimētum quod comeditur à tinea. Et

Iob. 17. 14.

in alio loco: Putredini dixi, Pater meus es, Mater mea, & soror mea vermibus.

Ali-

Alibi quoque: Homo putredo, & filius *Iob. 25. 6.*
 hominis vermis. Illud quoque apud *Ec-*
clesiasticum: Qui se iungit fornicarijs,
 erit nequâ: putredo & vermes hæredita- *Eccli. 19. 3.*
 bunt illû: significare voluit, per scortatio-
 nes eum vitam ocysimè finiturum, &
 præcoci interitu occubiturum. Inquit igi-
 tur Habacuc: Audito tam hilari nuntio,
 tanta lætitia præoccupatus sum, vt & in-
 tus totis visceribus, & labijs exterius con-
 tremiscerem: parumque abfuerit, quin
 exanimatus putrefierem, & putridus ver-
 mibus scaterẽ. Id est, parum abfuit, quin
 emorerer risu, & tantam lætitiã non su-
 stinens exanimarer. Verbum *Scatere* in
Hebraico exemplari, primæ personæ est,
 סָטַרְתִּי. Vnde Noua editio vertit: *Et in me*
contremiscam. Est enim idem verbum,
 quod paulò ante positum est, vbi dicitur:
 Conturbatus est vëter meus. סָטַרְתִּי. id est,
Et contremuit, vel, commotus est. Sed si-
 ue in prima siue in tertia persona legatur.
Scateam, aut, Scateat: idem est sensus. Sci-
 licet, Parùm abfuit, quin præ gaudio
 exanimarer ac putrefierem, & subter me

scaterē vermibus: Vel, putredo ipsa, quæ
fermè corruptus sum, sub me vermibus
ebulliret.

Possunt etiam hæc Prophetæ verba:
*Audiui, & conturbatus est venter meus: à vo-
ce contremuerunt labia mea: ingrediatur pu-
treto in ossibus meis, & subter me scateã.* hūc,
nec ineptum habere sensum: Postquàm
ea, quæ tantopere desiderabam, audiui,
rumpebar ferè præ lætitia, donec etiã bal-
butientibus præ hilaritate labijs, tanta
Israelitis annuntiarem gaudia, & his qui
me atquere ac reprehendere solent, lætissi-
ma tandem responderem pro oneribus
nuntia. Cæterùm à modò iam lætus mo-
riar, nunc quæ profectò tempus est, cum
iam alacer & contentus occumbã: post-
hàc licebit utiquè per me, Ingrediatur pu-
treto in ossibus meis, & subter me sca-
teat. Atque, vt dixit Chærea,

*Nunc tempus profectò est, cum perpeti me
possum interfici.*

Ità rectè dixit Lucretius:

*Dūtaxat rerum magnarū parua potest res
Exempla dare, & vestigia notitias.*

Rectè

Rectè etiam Cicerò; Sæpè parua magnis aptissimè comparatur. Sunt autem in diuina Scriptura plurimæ vulgares phrasès, sunt multi communes affectus, quæ si quis aliundè quàm ex populari more loquendi, & è medijs plebis affectibus, interpretari conetur, delirabit forsitan ingeniosè, delirabit tamen: & oleum, vt in prouerbio est, proculdubiò atque operam perdet.

Ut requiescam in die tribulationis, vt ascendam ad populum accinctum nostrum: ficus enim non florebit, & non erit germè in vineis: mentietur opus oliuæ, & arua non afferet cibum: abscondetur de ouili pecus, & non erit armentum in praeseptibus.

PRÒ particula, *Enim*, Hebræa habet. Premonuimus autem in superioribus, hanc particulam in diuina Scriptura magnas sæpè tenebras offundere orationi, si ignorauerimus, autores diuinos hac voce, non solùm ad expositionem causarum, sed etiam ad orationis ornatum,

aut

1. Re. 21. 5.
Iob. 14. 6.

aut rem asseueranter affirmandam, vti
 consueſſe, cuius notæ sunt apud Latinos
 aduerbia *Quidem*, *Profectò*, *Certè*, *Me*
herculè. Et ipse *Vulgatus* interpres non-
 nunquàm pro *Et*, reddidit *Quidem*. Vt
 in libris *Regum*: Et quidem si de mulie-
 ribus agitur. Et in libro *Iob*: Tu quidem
 gressus meos dinumerasti. Ego igitur &
 in hoc loco aduerbium affirmandi esse
 reor, vt sit sensus: Vt ego requiescam in
 die tribulationis, vt à seruitute & capti-
 uitate honorificè in libertatem vindicer,
 vt ascendam ad populum accinctum no-
 strum, beatissimaque maiorum meorum
 sepulchra reuisam, ficus quidem non flo-
 rebit, & non erit germen in vineis: cū ijs
 quæ sequuntur.

Quòd si voluerimus, causalem esse con-
 iunctionem *Enim*, rationemque assigna-
 re, cur tanto tremore ex audito lætissimo
 nuntio *Propheta*, præ gaudio, fuerit co-
 cussus, ab ea utiq; particula totius oratio-
 nis seriem exordiri oportebit, in hūc mo-
 dum: Ideò venter meus cōturbatus est, &
 ad vocem contremuerūt labia mea: ideò

posthac libens ac lætus moriar: *QVIA*
 ut requiescam ego in die tribulationis, ut
 ascēdam ad populū accinctum nostrum,
 ficus non florebit, & non erit germen in
 vineis: omnia penitus vastanda sunt, &
 Babylon funditū diruenda.

Ut requiescam in die tribulationis. In He-
 bræo pro, *In die*, est יום: quod etiā ver-
 ti potest, *De die*. Litera enim, ה, quando-
 que significat *De*: ut apud Vulgatā edi-
 tionem in libris Regum: Et egressus es de 2. Re. 15. 19
 loco tuo. Et apud Isaiam: Quis poterit Isa. 33. 14.
 habitare de nobis cum igne deuorante?
 Sensus ergo est: Ut requiescam de die tri-
 bulationis & captiuitatis. Idem est autē:
De die tribulationis, ac si dicas, *De tribu-*
latione. Septuaginta interpretes de tribu-
 latione Iudaicæ captiuitatis intellexisse
 vident, vertūt enim: *Requiescā in die tri-*
bulatiōis mee. Quid autē significare volue-
 rit Vates, cū dixit: *Ut requiescā in die tri-*
bulatiōis: mox de more declarat subiūgēs.

Ut ascendam ad populum accinctū nostrū.
 Excelsam esse atq; montosam, huberrimā
 insuper ac feracissimā, Palæstinæ regio-
 nem,

nem, quam Terram promissionis appel-
 lant, multis in locis, nec encomijs vulga-
Dent. 32. 13 ribus, diuinæ literæ prodiderunt. Consti-
 tuit eum (inquit *Moyſes*, loquēs de Israe-
 litarum populo) super excelsam terram:
 vt comederet fructus agrorum, & fuge-
 ret mel de petra, oleumq; de saxo durissi-
 mo: butyrum de armento, & lac de oui-
 bus cum adipe agnorum, & arietum fi-
 liorum *Basan*, & hircos cum medulla tri-
 tici, & sanguinem vuae biberet meracissi-
Dent. 11. 10 mum. Et alibi: Terra ad quam ingredie-
 ris possidendam, non est sicut terra *Ægy-
 pti* de qua existi, vbi iacto semine in hor-
Dent. 11. 10 torum morem aquæ ducuntur irriguæ:
 sed montuosa est & campestris de cœlo
 expectās pluuias, quam *Dominus Deus*
 tuus semper inuilit, & oculi illius in ea
 sunt à principio annī vsque ad finem
Dent. 8. 7. eius. Et in alio loco: *Dominus Deus* tuus
 introducet te in terram bonam, terram
 riuorū aquarumq;, & fontiu: in cuius cā-
 pis & mōtibus erūpunt fluuiorū abyssi:
 terrā frumenti, hordei, ac vinearū, in qua
 ficus & mālōgranata & oliueta nascūtur:
 terram

terram olei ac mellis. Vbi absq; vlla penuria comedes panem tuum, & rerum omnium abundantia perfrueris: cuius lapides ferri sunt, & de montibus eius metalla fodiuntur.

Porro verbum *אָרָא*, pro quo *Accinctum* legimus: Vnitum, collectum, colligatum, siue congregatum & coniunctum significat. Est enim *אָרָא* Coniungere, colligere, copulare. Vnde Hieronymus pro eo, quod Vulgata versio habet: Captabunt in animam iusti: ad Hebraicam proprietatem transtulit: Copulabuntur aduersus animam iusti. Caeterum, Sancti olim ac pii homines, cum diem suum obirent, Congregari & colligi ad populum suum, patribusq; & maioribus suis copulari & apponi dicebantur. Vlciscere prius filios Israel de Medianitis (Dixit Dominus ad Moysen) & sic colligeris ad populum tuum. Et in alio loco: Ascende in montem istum Abarim, in monte Nebo: quem conscendens iunges populis tuis. Ad Iosiam vero: la colligam te ad patres tuos, & infereris in sepulchrum tuum in pace. Dicebantur autem

P/93.21.

Nu.31.2.

Deu.32.49

2.Pa.34 28

tem

tem pij viri, colligi siue colligari in fasciculo viuentiũ: vt instar odoratissimorum florũ fasciculi, æternũ iam essent in manu Dñi. Hinc est enim quod ad Dauidẽ

1. Re. 25. 29 dicebat Abigail: Si surrexerit aliquando homo persequens te, & quærẽs animam tuam, erit anima Domini mei custodita

Sap. 3. 1. quasi in fasciculo viuẽtiũ apud Dñm Deũ tuum. Iustorum quippè animæ in manu Dei sunt, & nõ tãget illos tormentũ mortis. Vocantur autẽ pij homines rosæ & flores in diuinã Scripturã: sic em̃ legimus

Eccl. 39. 17 apud filium Sirach: Obaudite me diuini fructus, vel, vt Græca habent, filij sancti: & quasi rosa plantata super riuos aquarũ fructificate. Quasi libanus odorẽ suauitatis habete. Florete flores quasi liliũ, & date odorem, & frondete in gratiam, & colaudate canticũ, & benedicite Dñm in operibus suis. Ad hũc igitur floridissimũ hortum Palæstinæ, fragratissimis Patriarcharum, ac Prophetarũ, ceterorumq; iustorum floribus vernantem, ad hunc sanctorum populum iam accinctum, id est, in fasciculo viuentium iam collectum & colli-

colligatum, in terra autem promissionis
 sepultū, se ascensurum letatur Habacuc,
 Hebræi populi representans personā. Ho-
 rum etenim summum desiderium Israe-
 litas in captiuitate tenuisse, credibile est.
 Tenebatur utiq; Iacob in Ægypto, vehe-
 menterq; illum angebat, si vel mortuus
 in terra aliena relictus, longè à pijs paren-
 tibus etiam mortuis abesset. Cumque ap-
 propinquare cerneret diem mortis sue,
 vocauit filium suum Ioseph, & dixit ad
 eum: Si inueni gratiam in conspectu tuo, *Ge. 47. 29.*
 si me amas, pone manum tuam sub femo-
 re meo: & facies mihi misericordiam
 promittendo, & veritatem promissa præ-
 stando, vt non sepelias me in Ægypto:
 sed dormiam cum patribus meis, & aufe-
 ras me de terra hac, condasque in se-
 pulchro maiorū meorum. Ipse quoq; Ioseph
 locutus est fratribus suis: Post mor- *Ge. 50. 25.*
 tem meam Deus visitabit vos, & ascen-
 dere vos faciet de terra ista ad terram
 quam iurauit Abraham, Isaac, & Iacob.
 Cumque adiurasset eos, atque dixisset:
 Deus visitabit vos, asportate ossa mea
 vobiscum

vobiscum de loco isto; mortuus est. Humanum quippè veteribus visum est benemeritorum atque carorum etiam cineribus sociari. Cum mater tua, dicebat Tobias filio suo, compleuerit tēpus vitæ suæ, sepelias eam circa me. Abrahā vxori suæ Saræ consepultus est. Gedeon & omnes ferè reges Israel, sepulti dicuntur in sepulchris patrū suorū. Scipio, ille maior, ingratum Romanæ vrbis animū hac vna vindicta satis vlcisci iudicauit, si tam benemeriti de republica ciuis ossibus priuaret. Frequentior nanque fama est, Linterni mortuum, ibiq; ex sua institutione fuisse sepultum: ne patria parū memor beneficiorum, suum funus celebraret, ossaq; haberet. Quinimò sepulchro suo iussit inscribi: Ingrata patria non habebis ossa mea. Celsus iureconsultus, laribus sepulchrisque auitis carere, magnū & intolerandum dolorem, & incommodum esse duxit. Is enim libro Pandectarum sexto, titulo, De rei vindicatione, lege trigesimā nonā, sic inquit: Finge pauperem, qui si reddere id cogatur,

tur, laribus sepulchrisque auitis carendū habeat, sufficit tibi permitti tollere ex his rebus quæ possis, dum ita ne deterior sit fundus, quàm si in initio non foret edificatum. Neoptolemus apud Sophoclē in Philoctete, ob id libenter in Troiam, hostium terram, se profectum affirmat, quòd ibi condita essent patris sui Achil-
lis ossa. Æneas apud Maronē, hoc vnum in Palinuri morte deplorat, quòd longè abesset à suis, & in terra peregrina iaceret. Ait enim:

O nimium caelo & pelago confise sereno,

Nudus, & ignota Palinure iacebis arena.

Festinabant igitur Israelitæ captiui ad illos suos diuos, vt Socrates aiebat, ad illos optimos viros, ad beatissimum illum populum suum, sanctum nempe ac Deo dilectum Patriarcharum ac Prophetarum cœtum, aliorumque plurimorum iustorum, qui in Palæstina degebant sepulti, quasi stationarij quidam ac præsidarij terræ illius milites: quorum subsidio Iudæi, tot ac tantis beneficijs affecti, tot ac tantis periculis & calamitatibus liberati

Exo. 32. 13

Deut. 9. 27

Eccl. 44.

24.

Dan. 3. 35.

Kk semper

semper extiterant. Ad hunc fœlicissimū
populum nostrū vt ascendam, ad hoc ar-
cis ac terræ nostræ stantium præsidium
vt redeam, inquit Habacuc, Babylon an-
tea internecione funditū destructur, &
Chaldæa regio depopulatione vastabi-
tur. Hostili quippè incursione subuersa,
partimque ciuium & incolarum nece,
partim captiuitate & abductione agrico-
larum, habitatoribus destituta, ac perin-
de cultura omni deserta, nullos deinceps
proferet fructus.

*Ficus enim non florebit, & nō erit germen in
vineis: mentietur opus oliuæ, & arua non af-
ferent cibum: abscindetur de ouili pecus, & nō
erit armentum in praesepibus.* Tota hæc ora-
tio & minæ plenæ sunt emphasi: plus
enim significatur quàm dicitur: imoue-
rò ex his paucis, quæ dixit, plurima alia &
grauissima, quæ non dixit, Vates vtique
voluit intelligi. A defectu quippe cun-
ctarum rerum ad victum & sustenta-
tionem humanæ vitæ pertinentium, de-
scribit atque designat Habacuc omni-
modam

modam Babylonie desolationem. Neque enim ad præsens tantum, hostili depopulatione vastatam, à fructificatione cessaturam tellurem prædicit, sed interfectis etiam abductisque colonis, squalituram perpetuam, & vepribus ac spinis horrentem, feris atque bestiis immitibus exinde habitationi futuram. **Causam** Babylonice sterilitatis aperitissimè tradidit Ieremias, dicens: *Disperte* Jer. 50. 16. *fatorem de Babylone, & tenentem falcem in tempore messis. Et in alio loco:* e. 74. 21 *Collidis tu mihi, vasa belli, & ego* Jer. 51. 20. *collidam in te Gentes, & disperdam in* 11. 07. 21 *te regna. Et collidam in te equum, & equitem eius: & collidam in te currum, & ascensorem eius. Et collidam in te virum & mulierem, & collidam in te senem & puerum, & collidam in te iuvenem & virginem. Et collidam in te pastorem & gregem eius, & collidam in te agricolam & iugales eius. Ieremias ex perditione & collisione pastorum & agriculturalum, futuram sterilitatem telluris, & pecorum ac iumentorum defectum, omnimodamque*

-pénuriam insinuat. Etenim, vt Cyrus di-
 xit apud Xenophótem libro quarto Cy-
 ripedia: Terra ab hominibus habitata &
 exulta, ea est utilis & pretiosa possessio:
 at verò habitatoribus vacua atque deserta,
 omnibus confestim deseritur bonis,
 cunctisq; mox caret vitæ commodis &
 emolumentis. Habacuc contrà, ex ipsa
 -sterilitate & rerum defectu, colonum &
 -habitorum viduitatem & abductionem
 subindicauit. Vtrunque pariter Babylo
 -ni minatur Isaias dicēs: Venient tibi duo
 hæc subitò in die vna, sterilitas & vidui-
 -tas. Ieremias quoque: Confusa est mater
 vestra nimis, & adæquata pulueri quæ ge-
 nuit vos: ecce nouissima erit in Genti-
 -bus, deserta, inuia, & arens. Hæc enim
 duo, viduitas hominum & sterilitas agro-
 -rum, se inuicem naturaliter consequun-
 -tur: nam sterilesciente terra, nullosq;ue
 -cibos subministrante, habitatores aliò
 -migrare consequēs est: & exemplo sunt
 plurimi in diuina Scriptura. Absente por-
 -rò cultura terræ, abductisq;ue aut sublatis
 -colonis, tellurem atq;ue agros sterilescere,
 quin

quin & syluescere atque feris repleri, necessarium est. *Agricolatione cessante:*

Infelix lolium, & steriles dominatur auena,

Pro molli viola, pro purpureo, narcisso,

Carduus, & spinis surgit paliurus acutis.

Hæc igitur omnia, quæ diximus, euentura esse Babyloni, solius sterelitatæ & penuriæ habitæ mentione, per consequentiam subindicat Habacuc, & per emphasin, cum minùs dicat, plura & grauiora voluit intelligi. Apertè porrò hæc ipsa vaticinatus est Ieremias, dicens: *Gladius ad Chaldæos, ait Dominus, & ad habitatores Babylonis, & ad principes, & ad sapientes eius. Gladius ad diuinos eius, qui stulti erunt: gladius ad fortes illius, qui timebunt. Gladius ad equos eius, & ad currus eius, & ad omne vulgus quod est in medio eius: & erunt quasi mulieres: gladius ad thesauros eius, qui diripientur. Siccitas super aquas eius erit, & arescet: quia terra sculptilium est, & in portentis gloriantur. Propterea habitabunt dracones cum fatuis siccarijs: & habitabunt in ea struthiones: & non habitabitur ultra*

vsque in sempiternum, nec extruetur vsque ad generationem & generationem. Sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorrhā, & vicinas eius, ait Dominus: non habitabit ibi vir, & non incolēt eam filius hominis. Ieremias hucusque. Hæc autem omnia Babylo ni imminere in ultionem oppressionis Iudæorum, & Israëliticæ captiuitatis, ante prædixerat

Hab. 2. 17. Habacuc, inquit: Iniquitas Libani operiet te, & vastitas animalium deterrebit

eos, de sanguinibus hominis, & iniquitate terræ, & ciuitatis, & omnium habitantium in ea. Prædixerat etiam non in vno

tantum loco Ieremias, vt ibidem à nobis annotatum est. Addit verò nunc Habacuc, Babylonem vastandam fore, vt populus Iudæorum alacris & honoratus, seruitute ac captiuitate soluta, in Terrā

promissionis ascendat, vbi sanctissimus veterum patrum cærus, collectus & consepultus conquiescit. Hæc dicit Dominus exercituum; Inquit Ieremias:

Ier. 50. 33. Calumniam sustinent filij Israel, & filij Iuda simul: omnes qui ceperunt eos,

tenent

tenent, nolunt dimittere eos. Redemptor eorum fortis, Dominus exercituum nomen eius, iudicio defendet causam eorum, ut exterreat terram, & commoueat habitatores Babylonis. Isaias demolendam prædixerat Babylonem, ut reedificaretur Ierusalem. Ait enim: Qui dico Ierusalem, habitaberis: & ciuitatibus Iudæ, *Edificabimini*, & deserta eius suscitabo. Qui dico profundo, *Desolare*, & flumina tua arefaciam. Qui dico Cyro, *Pastor meus es*: & omnem uoluntatem meam complebis. Qui dico Ierusalem, *Edificaberis*, & templum, *Fundaberis*.

Ficus enim non florebit. Plinius Naturalis historię libro decimo sexto sic ad-quit: *Arborum flos est pleni ueris indicium, & anni renascentis, flos gaudium arborum.* Tunc se nouas, aliasque quam sunt, ostendunt: tunc varijs colorum pi-cturis in certamen usque luxuriant. Sed hoc negatum plerisque, non enim omnes florent, & sunt tristes quædam, quæque non sentiant gaudia annorum.

Nam neque ilex, picea, larix, pinus, villo
 flore exhilarantur, natalesve pomorum
 recursus annuos versicolori nuntio pro-
 mittunt: nec fici atque caprifici; pro-
 tinus enim fructum flores gignunt. Hæc
 Plinius. Ergo, *Ficus non florebit*: dixit Haba-
 cuc, pro Non fructum faciet: quoniam Fi-
 cus florum vice, fructū præmittat. Ani-
 maduerterūt hoc Septuaginta seniores,
 vertūt enim: *ὄχλον μικρότερον τοῦ κερύου*. Id est,
 Ficus non afferet fructum.

Mentietur opus oliuæ: pro, fallet & elu-
 det spem atque expectationem, quæ de
 ea habetur. Sic etiam Oseas: Area & tor-
 cular non pascet eos, & vinum mentie-
 tur eis. Et Horatius: Spem mēta sēges.
Opus autem oliuæ fructum ipsum voca-
 uit: nam ex sacrorum librorum idioma-
 te est, vt arbores fructum facere dicatur.

Pf. 106. 37. Vnde est illud: Et seminauerunt agros,
 & plantaerunt vineas: & fecerunt fru-
 ctum natiuitatis. Et illud quoque: Expe-
 ctavi vt faceret vvas, & fecit labruscas.

Isa. 5. 4.

Pro, *Armentum*, Hebræa habent *רֶבֶב*.
 Ex quo Pagninus vertit: Et non erit bos
 in sta-

in stabulis. Septuaginta similiter. Et non sunt boues in præsepibus. Videtur porro mihi Habacuc, cõsonare his quæ intulit Ieremias, cùm dixit: *Et collidam in te pastorem & gregem eius, & collidam in te agricolam & iugales eius.* Veruntamen & per synecdochen, speciem pro genere positam, non ineptè posset intelligi: intellexitque sanè Vulgatus interpres, cū pro Boue substituit Armentum. Ea quippè videtur Prophetæ mens: omnes arborū ac segetum fructus, poma omnia, vinū, oleum, cuncta frumenti genera: denique animalia vniuersa esui apta, pecora scilicet & armenta, vastanda prorsus ac depopulanda hostium incursum: captiuisq; abductis, aut cæsis etiā agricolis, nunquam in posterum reparanda & restituenda. Vniuersa hæc mala Chaldæos oppressura Vates affirmat, vt gens Iudæorū in libertatem asserta, cum exultatione & honore ad amœna Palæstinę montana, & ad beatissimum cœtum suorum iam collectum & colligatum ascendat. *Addit enim Vates:*

Ego

Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum: & super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem.

CAudere in Domino, apud diuinos Scriptores, est, de illius in nobis imperio, gubernatione, & protectione lætari: quicquid boni ac læti interiùs aut exteriùs nobis contingit, illi acceptum ferre: proquè acceptis ab eo beneficijs gratias illi cum iucunditate rependere. Notius & vulgatius hoc est, quàm vt testimonijs comprobare sit necessarium.

Iesus verò in hoc loco, pro quo Hebræa habent *ישו*: non est nomen proprium, sed appellatiuum, Salutem significans. Hinc est quod vertit Pagninus: In Deo salute mea. Id est, In Deo salutis meæ autore. Vulgatus Latinus interpretis, Septuaginta interpretum editionem secutus, quin & Hieronymus quoque, qui Vulgatus creditur in Prophetis, in Psalmo decimo septimo, pro hac

Ps. 17. 47.

eadem

eadem Hebraica voce $\nu\psi\iota$, conformiter reddiderunt, Salutis meæ. Vinit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus salutis meæ. At, quoniam Septuaginta apud Habacuc verterunt: $\nu\psi\iota\ \mu\epsilon\upsilon$, id est, salutari meo, vel saluatore meo: Hieronymus eos æmulatus, proque suo erga Christum amore, & vt vel vnico tantum verbo rotam huius Vatis patefaceret allegoriam, nomen reddidit saluatoris Iesus. Quod saluatorem siue salutem significare, vel Angeli testimonio didicimus. Is enim cum imponendum diuino puero nomen, Iosepho ederet: eius quoque rationem atque vim è vestigio subiunxit, dicens: Ipse em saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Fuit autem seruatori nostro proprium nomen Hebraicè $\nu\psi\iota$. vt constat ex Hebraico euangelio, quod Matthæi nomine circumfertur: constat & ex Dominicæ crucis titulo, qui Romæ in templo Sanctæ Crucis seruatur, & in sententia Pilati cōtra seruatore nostrum prolata, Amitherniq; nunc nuper, vt dicitur. inter ruinas ædificij

Mat. i. 21.

ædificij cuiusdam reperta, continetur. Erat autem sententia literis ac verbis Hebraicis scripta, habetque titulū in hunc modum: vt frater Rodericus de Yepes Hieronymianus in sua Palæstinæ descriptiōe & Christi peregrinatione testatur.

וְשֵׁי הַנְּזִיר קִרְן הַיהוּדִי

Sed Pagninus in libro nominum Hebraicorum affirmat, se vidisse Romæ titulū ipsum sanctissimę crucis, neque Nazarenum per י zain, sed per ז zadic esse conscriptum. Ergo vt redeamus ad rem, Iesus in hoc loco, iuxta historicum ac literalem sensum, nomen est appellatiuum, & ponitur pro saluatore.

Ceterū, pro, *Deus Dominus*, Hebręa legunt יהוה זרני: Id est, Deus Dominus meus. Estq; Deus nomen tetragrammaton Iehoua. Quasi dicat, Deus ipse per semet existens, cunctisq; rebus tribuens essentiã, verè ostendit, peculiari dominio sibi vendicasse populū Israel, eiusq; præsidio & tutelę semper adesse: ipse nanq; debilitatis ac con fractis Chaldeis, *Ponet pedes meos quasi cernuorum*. In Hebręo est fœ-

יְהוָה זְרָנִי

minino

minino genere כִּרְיָא, idest, Ceruarū. Si-
 cut & in Psalmis, vbi nos legimus: Qui
 perfecit pedes meos tanquā ceruorū: Cer *Pfal. 17. 34.*
 uarum quoq; legunt Hebræi. Summā au-
 tem conficiendæ rei celeritatē hac simi-
 litudine significant Vates. Pollet nanquē
 mira pedū pernitate vterq; ceruorum
 sexus: vt qui cursu contemptū venatorū
 magis quā fugā moliri videatur. Etenim,
 autore Stagirita, cūm fugiunt, requiē in-
 ter currendum aliquā faciunt, consistentesq;
 manēt, dum qui insequit, appropin-
 quet: tum fugā itē arripiunt. At ceruæ fœ-
 minæ, q; nullo cornuū pondere prægra-
 uentur, cursu maribus præstant. Mas etiā
 cūm pinguerit, quod valde tempore fru-
 ctuum fit, nusquam apparet, sed lōgè se-
 cedit, vt qui corpulentia suę grauitate cā-
 pi se posse facilius sentiat. Adde, q; ferarū
 quadrupedū, Vt inquit Aristoteles, cerna
 maximē prudentiā excellere videtur: tū
 quia circa semitas pariat, quo, scilicet, be-
 lue propter homines minus accedunt:
 tum etiam, quia cūm peperit, inuolucrū
 primum exedit, mox seselim herbā petit,
 quam

quam cùm ederit, redit ad prolem. Prætereà hinnulum ducens in stabula, affuefacit, quò refugere debeat. Saxum hoc est abruptum, vno aditu, quo loco eam si quis inuadit, expectare, repugnareq; , etiam si sit excornis, affirmant. At contra maribus.

*Degener est animus, pectusq; ignobile, ceruis:
Ingens ad fastum cornu, sed inutile pondus
Eminet, ut nūquā cōstigare cornibus ausint,
Atrocesve feras, catulosve laceffere pugna:
Non etiam lepores imbelli corde pauentes.*

Non igitur vacat mysterio, q; ceruarum, non ceruorum, pedes populo suo Dñm præbiturum, vaticinatur Habacuc: neq; enim fortassis expeditā tantum ac celerē reuersionem in patriam, antiquaq; stabula, & excelsa abruptaque saxa Palæstine: sed etiam acrem illam & virilem fortitudinem, qua finitimis nationibus, vrbis Ierusalem reædificationem interpellantibus, obstiterunt, prænuntiat Vates.

Postremò prætereundum non est, in Hebræo pro, *Victor*, haberi *נִצְחָוִי*, id est, Victori, in datiuo casu, in quo etiā in Psal

morum

morum titulis cōstanter hanc vocē reddi-
 tam inuenimus. Sicq; habet Hieronymi
 textus in hoc loco: satisq; ex eius cōmen-
 tarijs apparet, Victori eū vertisse, non Vi-
 ctor. Remigius Autistodorensis episcopus
 sic habet: Deducet me super excelsa mea.
 Ipse autē deducet me, quia hæc nō mea vir-
 tus efficiet, sed eius gratia. Deducet autē
 me canentē Victori, id est, Christo trium-
 phatori mortis & diaboli. Deducet ergo
 me sup̄ excelsa, hoc est, ad beatā superne
 ciuitatis frequētiā, quæ ex Angelis & san-
 ctis hominibus constat, vt illis admixtus
 atq; cōiunctus, canā Victori cū Angelis,
 Gloria in excelsis Deo. Hęc Remigius. Pa-
 gnin^o atq; alij, Victori, verterūt. Solet autē
 diuina Scriptura victorias oēs atq; trium-
 phos, vt par est, Deo semper ascribere. Lo-
 cutus est Iephte ad regē filiorum Ammō:
 Nōne ea quæ possedit Chamos Deus tu^o, *Iud. 11. 24.*
 tibi iure debentur? Quæ autem Dominus
 Deus noster, victor obtinuit, in nostram
 cedent possessionē. Dauid quoq; benedi- *1. Par. 29. 11*
 xit Domino, & ait: Tua est Domine
 magnificentia, & potentia, & gloria, atq;
 victoria.

liber III

Sap. 10. 20. victoria. Iustitulerunt spolia impiorum, inquit Sapia, & decãtauerunt Dñe nomen sanctũ tuum, & victricẽ manum tuam laudauerunt pariter. Ergo, verborum Habacuc sententia hæc est: Inimicis & oppressoribus nostris Chaldæis in summa miseria & desolatione cõstitutis, ego in Domino iam liber gaudebo, qui iustã de eis sumpsit vltionem, nosq; ereptos ab eorum seruitute & violentia, liberos abire dedit & alacres. Ipsum enim mihi hæc salutem & honorẽ parasse, cum gaudio iugiter & gratiarũ actione, p̄fitebor. Deº nanq; Dñs meus, ac peculiaris possessor meus, ipse est robur meũ: ipse, veluti ceruarum pedibus mihi datis, velociter me in excelsam illam meam atq; fœlicem patriam redire faciet, & super montosa ac nemorosa Palæstine loca, me lætũ ne dum gaudentem reducet. Qui enim super flumina Babylonis tãdiũ lugẽs atq; taciturnus cõfederã, posthãc laudes & gratiarũ actiones in psalmis iugiter canã Deo: cui sit honor & gloria in secula seculorum.

A M E N.



400345

INDEX LOCORVM

SACRÆ SCRIPTVRÆ,

quæ in ijs Habacuc Commentarijs

citantur : quorum etiam pluri-

ma solerti elucidantur

explicatione.

GENESIS.



*Apice. i. versu. 26. Faciamus hominē
ad imaginem & similitudinē no-
stram. Pagina. 467.*

2. v. 6. Sed fōs ascēdebat de terra. 145

*3. v. 19. Quia puluēs, & in puluerem
reuerteris. 105*

4. v. 10. Sanguis fratris tui clamat ad me de terra. 248

*4. v. 15. Ut non interficeret eum omnis qui inuenis-
set eum. 320*

6. v. 4. Isti sunt potentes à seculo viri famosi. 368

*14. v. 6. Et Corrhāos in montibus Seir vsque ad cam-
pestria Pharan, quæ est in solitudine. 351*

*15. v. 8. Domine Deus, Unde scire possum quod pos-
sessus sim eam? 414*

*18. v. 27. Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis
& cinis. 325*

*22. v. 17. Possidebis semen tuum portas inimicorum
suorum. 231*

I N D E X

- Ca. 27. v. 29. Incuruentur ante te filij matris tuae.* 378
33. v. 6. Ancilla & filij earum incuruati sunt. 370
35. v. 18. Benjamin, id est, filius dextra. 346
36. v. 8. Habituauit Esau in monte Seir, ipse est Edom.
 341.
37. v. 9. Uidi per somnium, quasi Solem & Lunam
& Stellas undecim adorare me. 484
37. v. 35. Descendam ad filium meum lugens in infer-
num. 198
41. v. 27. Percussa vredine. 98
41. v. 45. Saluatorem mundi. 369
43. v. 28. Incuruati adorauerunt eum. 370
44. v. 29. Deducetis canos meos cum mærore ad infe-
ros. 198
46. v. 29. Irruit super collum eius, & inter amplexus
fleuit. 485
46. v. 30. Iam latus moriar, quia vidi faciem tuam.
 497.
47. v. 29. Sed dormiam cum patribus meis, & auferas
me de terra hac, condasq; in sepulchro maiorum meo-
rum. 511
47. v. 31. Quo iurante adorauit Israel Dominum, con-
uersus ad caput lectuli. 43
49. v. 10. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de
femore eius, donec veniat qui mittendus est. 476
49. v. 14. Issachar asinus fortis accubans inter termi-
nos. 134
49. v. 25. Benedictionibus abyssi iacentis deorsum. 412

LOCORVM.

EXODVS.

Cap. 3. versu. 12. Ego ero tecum.	430.
3. v. 16. Uisitans uisitauit uos.	175
6. v. 3. Et nomen meū Adonai nō indicauit eis.	320
10. v. 13. Veniens urens leuauit locustas.	110
14. v. 3. Coartati sunt in terra, conclusit eos desertum.	473
14. v. 21. Flante uento uehementi.	110
14. v. 31. Uiderūt Aegyptios mrruos super licus.	403
15. v. 2. Fortitudo mea & laus mea Dominus.	355
15. v. 14. Ascenderunt populi, & irati sunt.	134
16. v. 10. Ecce gloria Domini apparuit in nube.	354
19. v. 4. Eritis mihi in peculiū de cūctis gentibus.	332
23. v. 28. Terrorem meū mittā in prācursum tuū.	364
24. v. 17. Erat species gloria Domini quasi ignis ardens.	354
30. v. 12. Quando euleris summam filiorū Israel.	486
31. v. 9. Dimitte me ut irascatur furor meus.	153
34. v. 29. Ignorabat quòd cornuta esset facies sua.	343

LEVITICVS.

Cap. 3. versu. 17. Nec sanguinem nec adipem omninò comedetis.	320
6. v. 13. Ignis iste perpetuus.	146
14. v. 1. Non uos incidetis, nec facietis caluitium super mortuo.	460
18. v. 5. Qua faciens homo uiuet in eis.	184
23. v. 3. Omne opus non facietis.	320

I N D E X

N U M E R I.

<i>Cap. 1. versu. 2. Tollite summam vniuersa congrega- tionis filiorum Israel.</i>	486
<i>2. v. 17. Singuli per loca & ordines suos proficiſcan- tur.</i>	413
<i>6. v. 2. Vir siue mulier cum fecerint votum vt san- ctificentur.</i>	439
<i>10. v. 12. Recubuit nubes in solitudine Pharan.</i>	348
<i>10. v. 33. Profecti sunt de monte Domini viam trium dierum.</i>	348
<i>11. v. 16. Anima nostra arida est.</i>	205
<i>11. v. 20. Donec exeat per nares vestras, & vereatur in nauseam</i>	292
<i>12. v. 1. Locuta est Maria & Aaron contra Moy- sen.</i>	467
<i>12. v. 1. Propter uxorem eius Aethiopsam.</i>	393
<i>13. v. 27. In desertum Pharan, quod est in Cades.</i>	349
<i>14. v. 44. At illi contenebrati ascenderunt in verti- cem montis.</i>	179
<i>17. v. 1. Accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas à cunctis principibus tribuum.</i>	474
<i>17. v. 6. Dederunt ei omnes principes virgas.</i>	474
<i>20. v. 14. Ecce in vrbe Cades, qua est in extremis fini- bus tuis posita.</i>	349.
<i>21. v. 14. Sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torren- tibus Arnon.</i>	423
<i>Cap. 23.</i>	

L O C O R V M.

Cap. 23. v. 8. *Quomodo maledicam ei, cui non maledixit Deus?* 467

31. v. 2. *Colligeris ad populum tuum.* 509

33. v. 8. *Profecti de Phi-hahiroth, transferunt per medium mare in solitudinem: & ambulantes tribus diebus per desertum Echan, castrametati sunt in Mara.* 423

34. v. 4. *Pars meridiana incipiet à solitudine Sin, quæ est iuxta Edom.* 349. & 350

DEUTERONOMIVM.

Cap. 1. versu. 2. *Undecim diebus de Horeb, per viam montis Scir, vsquè ad Cadef-barne.* 350

3. v. 8. *À corrente Arnon vsquè ad montem Hermon, quem Sidonij Sarion vocant.* 293

4. v. 31. *Deus misericors Dominus Deus tuus est,* 121

4. v. 49. *Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremis finibus terra.* 104

7. v. 13. *Terram pro qua iuravit patribus tuis, ut daret eam tibi.* 425

7. v. 20. *Insperet & crabrones misset Dominus Deus tuus in eos.* 364

8. v. 7. *Dominus Deus tuus introducet te in terram bonam.* 508

10. v. 14. *Patribus tuis conglutinator Dominus.* 120

11. v. 10. *Terra ad quam ingredieris possidendam, non est sicut terra Aegypti.* 334. & 508

11. v. 26. *En propono in conspectu vestro hodie benedictionem & maledictionem.* 151

- Cap. 17. versu. 8. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse conspexeris. 57
19. v. 8. Cum dilatauerit Dominus Deus tuus terminos tuos. 152
23. v. 12. Habebis locum extra castra, ad quem egrederis ad requisita natura. 413
29. v. 22. Percutiat te Dominus egestate. 462
28. v. 24. Det Dominus imbrem terra tua puluerem. 113
28. v. 49. In similitudinem aquila volantis cum impetu. 97. & 98.
33. v. 2. Dominus de Sinaï venit, & de Seir ortus est nobis: apparuit de monte Pharan. 342
32. v. 13. Constituit eum super excelsam terram. 508
32. v. 27. Manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hac omnia. 233
32. v. 37. Et dicet, Ubi sunt Dij eorum? 313
32. v. 42. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus denotabit carnes; de cruore occisorum, & de captiuitate nudati inimicorum capitis. 441
32. v. 49. Iungeris populis tuis. 509
33. v. 13. Atque abyſſo ſubiacente. 412
33. v. 17. Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua rhinocerotis cornua illius. 359

I O S V E.

- Cap. 6. v. 2. Ecce dedi in manus tuas Ierico. 301
10. v. 21. Nullus contra filios Israel mutire ausus est. 134. & 325. & 429.

L O G O R V M.

- Cap. 11. vers. 16. Cepit Iosue omnem terram montanam
 & meridiamam, terramq. Gessen, &c. 345
11. v. 17. Per planiciem Libani subter montem Her-
 dos mon. 294
12. v. 7. Hi sunt reges terra, quos percussit Iosue & fi-
 lij Israel trans Iordanem ad Occidentalem plagam,
 à Baaligid in campo Libani vsque ad montem, cu-
 ius pars ascendit Seir. 346
15. v. 61. In deserto, Beth-araba, Meddin. &c. 352
24. v. 12. Nisiq. ante vos crabrones. 364
24. v. 20. Si dimiseritis Dominum, & seruieritis dijs
 alienis. &c. 152

I V D I C E S.

- Cap. 3. versu. 25. Expectate sçq. diu, donec crubescerent.
 244.
5. v. 4. Domine cum exires de Seir, & transires per
 regiones Edom. 341
5. v. 28. Quare tardauerunt pedes quadrigarum il-
 lius. 420
9. v. 33. Irrue super ciuitatem 93
16. v. 23. Dagon deo suo. 140

R E G V M. I.

- Cap. 5. versu. 4. Dagon solustruncus romanferat in lo-
 co suo. 139
12. v. 23. Absit à me hoc peccatum, vt cessem orare
 pro vobis. 155
13. v. 13. Iam nunc Dominus praparaſſet regnum eius.
 256.

I N D E X

- Ca. 14. v. 27. *Extendit summicitatem virga, quam habebat in manu.* 475
15. v. 26. *Quia proiecisti sermonem Domini, proiecit te Dominus, ne sis rex super Israel.* 206
18. v. 9. *Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat David.* 126
21. v. 5. *Et quidem si de mulieribus agitur.* 506
24. v. 14. *Ab impijs egredietur impietas.* 215
25. v. 16. *Promuro erant nobis.* 65
25. v. 28. *Faciens faciet Dominus tibi domino meo domum.* 175
25. v. 29. *Erit anima domini mei custodica quasi in fasciculo viuencium apud Dominum Deum tuum.* 510.
27. v. 8. *Et agebant pradas de Gessuri.* 93
27. v. 10. *In quem irruisti hodie?* 93
27. v. 11. *Virum & mulierem non uiuificabat David.* 335

R E G V M. II.

- Cap. 12. versu. 3. *Pauper autem nihil habebat omnino prater ouem vnam.* 472
15. v. 19. *Et egressus es de loco tuo.* 507
22. v. 3. *Cornu salutis mea.* 360

R E G V M. III.

- Cap. 10. versu. 29. *Egrediebatur quadriga de Aegypto.* 420
11. v. 5. *Astarche dea Sidoniorum.* 140
- Ca. 11.

LOCORVM.

- Cap. 11. v. 18. Cumq̄ surrexissent de Madian, venerūt
 in Pharan, euleruntq̄ secum viros de Pharan. 352
 20. v. 10. Si suffecerit puluis Samaria pugillis omnis
 populi, qui sequitur me. 113
 22. v. 8. Ego odi eum, quia non prophetat mihi bonū,
 sed malum. 154

REGVM. IIII.

- Capit. 2. versu. 23. Illudebant ei dicentes, Ascende
 calue. 100
 19. v. 9. Cūq̄ audisset de Tharaca rege Æthiopia,
 21. v. 8. Ultra non faciam commoueri pedem Israel
 de terra, quam dedi patribus eorum. 153
 21. v. 11. Quia fecit Manasses rex Iuda abominatio-
 nes istas pessimas: ecce ego inducam mala super Ieru-
 salem & Iudam, ut quicumque audierit tinniant am-
 ba aures eius. 25
 21. v. 13. Delebo Ierusalem, sicut deleri solent tabula.
 169.

P A R A L. I.

- Cap. 11. versu. 23. Descendit ad eum Banaias cum vir-
 ga. 475
 14. v. 13. Irruerunt & diffusi sunt in valle. 94
 29. v. 11. Tua est Domine magnificentia, & potentia,
 & gloria, atque victoria. 327

P A R A L. II.

- Cap. 20. versu. 9. Si irruerint super nos mala, gladius
 iudicij. 124
 Cap. 21.

I N D E X

- Cap. 21. versu. 16. *Suscitavit Dominus contra Ioram
spiritum Philistinorum & Arabum, qui confines
sunt Aethiopibus.* 404
25. v. 13. *Diffusus est in cineribus Iuda.* 93
28. v. 18. *Diffusi sunt per vrbes campestris.* 94
34. v. 8. *Et iam colligam te ad patres tuos.* 509

E S D R Æ. II.

- Cap. 13. versu. 25. *Et cecidi ex eis viros, & decaluavi
sub eos.* 448

I V D I T H.

- Cap. 1. vers. 3. *Posuit portas eius in altitudine curru.* 231

E S T H E R.

- Ca. 1. vers. 3. *Ut ostentaret divitias glorie regni sui.* 354
4. v. 11. *Nisi forte rex auream virgam ad eum ceperit
deridet pro signo clementie.* 482
5. v. 2. *Extendit contra eam virgam auream.* 481
8. v. 4. *At ille ex more sceptrum aureum praecepit
manu, quo signum clementie monstrabatur.* 482

I I O B A 9

- Cap. 1. versu. 9. *Nonne tu vallasti eum.* 64
1. v. 20. *Tonso capite corruit in terram.* 460
3. v. 8. *Maledicam ei qui maledicunt diei.* 467
4. v. 4. *Genus tremencia roborasti.* 500
9. v. 26. *Sicut aquila volans ad escam.* 97
11. v. 8. *Excelsior caelo est, & quid facies? profundior
in inferno, & unde cognosces?* 199
13. v. 28. *Qui quasi putredo consumendus sum.* 502
Cap. 14.

L O C O R V M.

- Ca. 14. v. 16. *Tu quidem gressus meos dinumerasti.* 506
 15. v. 33. *Ante quam dies eius impleantur, peribit, & manus eius arescent.* 303
 17. v. 11. *Dies mei transferunt.* 112.
 17. v. 12. *Rursum post tenebras spero lucem.* 1123
 17. v. 14. *Putredini dixi, Pater meus es.* 502
 17. v. 16. *In profundissimū infernum descēdens omnia mea.* 199
 19. v. 23. *Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? quis mihi det, ut exarantur in libro, stylo ferreo & plumbilamina, vel ceresē sculpaneur in silice?* 164
 25. v. 6. *Homopotredo, & filius hominis vermis.* 503
 26. v. 6. *Nudus est infernus coram illo.* 199
 27. v. 16. *Si comportaueris quasi terram argenti, & sicut lutum preparaueris vestimenta.* 217
 28. v. 24. *Fines mundi intuetur.* 369
 30. v. 27. *Interiora mea efferbuerunt absque vlla re-
 quie.* 501
 35. v. 14. *Iudicare coram illo, & expecta eum.* 414
 40. v. 19. *In sudibus perforabis naves eius.* 466
 P S A L M I.
 Psal. 2. vers. 1. *Quare fremuerunt gentes.* Pagina. 148
 2. v. 12. *Et principes conuenerunt in vnum.* 102
 5. v. 7. *Virum sanguinum & dolum abominabitur Dominus.* 8254
 6. v. 4. *Anima mea turbata est valde, & tu Domine
 usquequo?* 145
 Psal. 9.

I N D E X O I

- Ps. 9. v. 4. Infirmitabuntur & peribunt à facie tua. 366
 9. v. 19. Quoniã non in finem obliuio erit pauperis. 63
 10. v. 4. Dominus in templo sancto suo; Dominus in
 . . . caelo sedes eius. 11. 324
 10. v. 11. Ne videat in finem. 62
 12. v. 1. Usquequò Domine obliuisceris me in finẽ. 62
 17. v. 3. Cornu salutis meã. 360
 17. v. 34. Qui perfecit pedes meos tanquã ceruorũ. 525
 17. v. 47. Exaltetur Deus salutis meã. 523
 21. v. 15. Factum est cor meũ tanquã cera liquefcens
 in medio ventris mei. 501
 22. v. 4. Nam etsi ambulauero in medio umbrã mor-
 336
 23. v. 2. Quia ipse super maria fundauit eum, & su-
 . . . per flumina preparauit eum. 256
 25. v. 9. 11. Ne perdas cum impijs Deus animam
 meam, & cum uiris sanguinum uisam meam. Ego
 autem in innocencia mea ingressus sum. 255
 30. v. 10. Conturbatus est in ira oculus meus, anima
 mea, & uenter meus. 304
 30. v. 18. Dñe non confundar, quoniã inuocauit te. 244
 31. v. 10. Sperantem autem in Domino misericordia cir-
 . . . cundabit. 65
 32. v. 12. Beata gens cuius est Dominus Deus eius;
 . . . 116. & 363.
 33. v. 8. Immittet angelus Domini in circuitu timen-
 65
 34. v. 1. Iudica Domine nocentes me. 58
 Ps. 36. v. 1.

L O I C A O R V M.

Pf. 36. v. 1. Noli amulari in malignaribus, &c.	177
37. v. 7. Si ambulauero in medio tribulationis.	336
37. v. 20. Inimici autem mei viuunt.	185
39. v. 5. Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius.	116. & 363
40. v. 3. Dominus conseruet eum, & uiuificet eum.	335
43. v. 3. Manus tua gentes disperdidit & plantasti eos.	361
43. v. 6. In te inimicos nostros uertilabimus cornu.	359
44. v. 8. Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lacticia praesertis tuis.	431
47. v. 3. Fundatur exultatione uniuersae Terra mons Sion.	229
47. v. 13. Circundate Sion, & complectimini eam.	310
48. v. 5. Inclina bo in parabolam aurem meam, aperiam in psalterio propositionem meam.	208
48. v. 10. Et uiuet adhuc in finem.	62
50. v. 5. Peccatum meum contra me est semper.	52
51. v. 4. Sicut nouacula acuta fecisti dolum.	90
54. v. 24. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.	254
56. v. 5. Filij hominum dentes eorum arma & sagitta.	91
59. v. 8. Labor & partus Sichimam, & conualle tabernaculorum metabor.	367
64. v. 7. Praeparans montes in uirtute tua.	256
65. v. 4. Omnis terra adoret te.	325
67. v. 7. Qui educit uinctos in fortitudine, similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.	148
	67. v. 14.

I N D E X

<i>Pf. 67. v. 14. Si dormiatis inter medios clericos, penna columba de argentata.</i>	133
<i>68. v. 4. Ecce alienigena & Tyrus, & populus Aethiopum, hi fuerunt illic.</i>	404
<i>68. v. 10. Zelus domus tua comedit me.</i>	50
<i>68. v. 24. Dorsum eorum semper iucurua.</i>	371
<i>69. v. 6. Ego verò egenus & pauper sum.</i>	471
<i>70. v. 20. De abyssi terra iterum reduxisti me.</i>	412
<i>71. v. 9. Coram illo prociidet Aethiopes. 370. & 403</i>	
<i>71. v. 15. Evinet, & dabitur ei de auro Arabia. 185</i>	
<i>73. v. 2. Mons Sion in quo habitasti in eo.</i>	663
<i>73. v. 14. Tu confregisti capita draconis, dedisti eum escam populus Aethiopum.</i>	402
<i>73. v. 15. Tu siccasti fluuios Erihan.</i>	423
<i>73. v. 22. Surge Domine, iudica causam tuam.</i>	58
<i>74. v. 5. Nolite exaltare cornu.</i>	359
<i>74. v. 9. Quia calix in manu Domini vini meri plenus misto.</i>	285
<i>76. v. 17. Viderunt te aqua Deus, viderunt te aqua, & timuerunt, & turbata sunt abyssi. 417. & 419</i>	
<i>77. v. 2. Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio.</i>	209
<i>77. v. 8. Generatio qua non direxit cor suum, & non est credens cum Deo spiritus eius.</i>	111
<i>77. v. 49. In missionem per angelos malos.</i>	360
<i>77. v. 51. Et percussit omne primogenitum in terra Aegypti, primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.</i>	405. & 453
	Psal. 77.

LOCORVM.

- Pf. 77. v. 54. Sorte diuifit eis terram in funiculo diftri-
butionis. 367
81. v. 8. Quoniam tu hereditabis in omnibus gen-
tibus. 71
88. v. 3. Quoniam in aeternum misericordia adifica-
bitur, in caelis praparabitur veritas tua in eis. 257
88. v. 9. Audia quid loquatur in me Dominus. 159
88. v. 12. Aquilonem & mare tu creafli. 346
88. v. 31. Si dereliquerint filij eius legem meam.
&c. 121
88. v. 33. Vifitabo in virga iniquitates eorum. 48
88. v. 49. Quis eft homo qui viuet, & non videbit mortem,
eruet animam fuam de manu Inferi. 201
89. v. 10. Quoniam fuperuenit manfuetudo & corripie-
mur. &c. 48
90. v. 30. Oculi eius in pauperem refpiciunt. 471
92. v. 3. Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt
flumina vocem fuam. &c. 415
93. v. 21. Caprabunt in animam iufli. 509
102. v. 5. Renouabitur vt aquila iuuentus tua. 463
103. v. 3. Qui ponis nubem afcenfum tuum. 419
103. v. 6. Ab increpatione tua fugient, a voce tonitru-
i tui formidabunt. 417
103. v. 18. Cedri Libani quas plantauit, illic pafferes ni-
dicabunt. 137
103. v. 19. Fecit Lunam in tempora. 428
103. v. 25. Hoc mare magnum & fpaciofum manibus,
illic reptilia, quorum non eft numerus, 128. & 142.
- 104.

M. N. D. E. O. X. I.

Psal. 104. v. 12. Cum essent numero breui, paucissimi, & incola eius.	134
104. v. 15. Nolite tangere Christos meos.	431
104. v. 23. Et intransit Israel in Aegyptum, & Iacob accola fuit in terra Cham.	405. & 453
104. v. 27. Posuit in eis verba signorum suorum, & pro- digiorum in terra Cham.	405. & 453
105. v. 9. Et increpuit mare rubrum, & exsiccatum est, & deduxit eos in abyssis sicut in deserto.	418
105. v. 22. Qui fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Cham.	405. & 453
106. v. 37. Et fecerunt fructum natiuitatis.	520
108. v. 6. Diabolus stetit à dextris eius.	360
113. v. 2. Facta est Iudaea sanctificatio eius.	77. & 116
113. v. 5. Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Iorda- nis, quia conuersus es retrorsum?	417
121. v. 3. Cuius participatio eius in idipsum.	117. & 229
135. v. 8. Solem in potestatem diei.	418
139. v. 12. Vir linguosus non dirigetur in terra.	179
145. v. 4. Exhibet spiritus eius.	111
145. v. 5. Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius.	363

P R O V E R B I A.

Cap. 6. v. 30. Furatur ut esuriens impleat animam.	205
9. v. 2. Nil sicut vinum.	289
11. v. 26. Qui abscondit frumenta maledicetur in po- populis.	467
15. v. 11. Infernus & perditio coram Domino.	200
16. v. 28	

L O C O R V M.

- Cap. 16. v. 28. *Homo peruersus suscitatur litem.* 59
18. v. 8. *Verba bilinguis quasi simplicia, & ipsa perueniunt usque ad interiora ventris.* 501
22. v. 28. *Ne transgrediaris terminos antiquos.* 369
23. v. 29. *Cui Va, cuius patri Va? cui rixa, cui fouea? cui sine causa vulnera. &c.* 195
26. v. 22. *Verba susurrionis quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad intima cordis.* 502
27. v. 20. *Infernus & perditio nunquam implentur.* 200.
28. v. 10. *Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet.* 372
30. v. 15. *Tria sunt insaturabilia, & quartum quod nunquam dicit, Sufficit.* 201

E C C L E S I A S T E S.

- Cap. 1. versu. 13. *Melior est puer pauper & sapiens, rege sene & stulto.* 472
12. v. 9. *Cumque esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populum, & enarrauit quae fecerat: & investigans composuit parabolas multas.* 211

C A N T I C. C A N T I C.

- Capit. 1. versu. 2. *Osculetur me osculo oris sui.* 357.
1. v. 5. *Nigra sum, sed formosa.* 145
- M m Cap. 3.

I N D E X

- Cap. 3. vers. 11. *In diademate quo coronauit illum mater
sua in die desponsationis illius.* 296
4. v. 1. *Quam pulchra es amica mea. &c.* 299
4. v. 6. *Vadam ad montem myrrha, & ad colle thui-
ris.* 296. & 299
4. v. 8. *Veni de Libano Sponsa mea, veni de Liba-
no, coronaberis: de capite Amanae, de vertice Sanir
& Hermon, de cubilibus leonum, de montibus par-
dorum.* 295
5. v. 1. *Veni in hortum meum soror mea Sponsa,
messui myrrham meam cum aromatibus meis: co-
medi fauam meam cum melle meo.* 300
8. v. 6. *Fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus
amulatio.* 204. & 361

S A P I E N T I A.

- Cap. 1. vers. 3. *Nec laetatur in perditione diuorum.* 147
1. v. 14. *Sanabiles fecit nationes orbis terrarum, &
non est in illis medicamentum exterminij, nec infe-
rorum regnum in terra.* 203. & 204
3. v. 1. *Iustorum anima in manu Dei sunt, & non
tangeret illos tormentum mortis.* 310
5. v. 6. *Ergo errauimus a via veritatis, & iustitia lu-
men non luxit nobis.* 385
10. v. 20. *Iusti tulerunt spolia impiorum, & decantau-
erunt Domine nomen sanctum tuum, & iustitiam
manum tuam laudauerunt pariter.* 527. & 528
- Cap. 19

LOCORVM.

Cap. 19. vers. 7. Terra apparuit arida, & in mari rubro
via sine impedimento. 471

ECCLESIASTICVS.

Cap. 19. versu. 3. Qui se iungit fornicarijs, erit ne-
quam: putredo & vermes hereditabunt illum.

503.

21. v. 9. Qui aedificat domum suam impendijs alienis,
quasi qui colligit lapides suos in hyeme. 239

27. v. 30. Facienti nequissimum consilium, super ipsum
deuoluetur. 245

28. v. 25. Utiles potius Infernus quam illa. 204

31. v. 25. Si coactus fueris in edendo mulem, surge in
medio, & vomere. 251

39. v. 1. Sapientiam antiquorum exquiret sapiens. 211

39. v. 17. Obaudite me diuini fructus, & quasi rosa
plantata super riuos aquarum fructificate. Quasi li-
banus odorem suauitatis habere. Florete flores
quasi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam.
510.

ISAIAS.

Cap. 1. vers. 20. Si volueritis & audieritis me, bona
terra comedetis. 153

1. v. 22. Vinum tuum mistum est aqua. 289

2. v. 11. Incuruabitur altitudo visrorum. 178

Nm 2

Cap. 3.

I N D E X

- Cap. 3. vers. 17. Decalubabit Dominus verticem filiarū
 Sion.* 440. & 462
- 5. v. i. Uinea facta est dilecto meo in cornu filio
 olei.* 334
- 5. v. 4. Expectaui ut faceres vinas, & fecit labruscas.
 520.*
- 5. v. 7. Uinea Dñi exercitūū, domus Israel est.* 334
- 5. v. 14. Propterea dilatavit Infernus animam suam,
 & aperuit os suum absque vilo termino.* 204
- 5. v. 22. Ua qui potentes estis ad bibendum vinum,
 & vini fortes ad miscendam ebrietatem.* 287
- 7. v. 20. In die illa radet Dominus caput & pilos pedū,
 & barbam vniuersam.* 461
- 8. v. 7. Ecce Dñs adducet sup eos aquas fluminis.* 268
- 9. v. 14. Caput & caudam.* 486
- 11. v. 1. Egredietur virga de radice Iesse. & c.* 334
- 11. v. 9. Quia repleta est terra scientia Domini, sicut
 aqua maris operientes.* 265
- 14. v. 5. Virgam dominantium.* 476.
- 14. v. 22. Perdam Babylonis nomen, & reliquias, &
 germen, & progeniem. Et ponam eam in possessionē
 ericij, & in paludes aquarum.* 303
- 15. v. 2. In cunctis capitibus fuit caluitium, & omnis
 barba rasa est.* 465
- 17. v. 12. Ua multitudo populorum multorum, ut mul-
 titudo maris sonantis.* 268
- 17. v. 13. Rapietur sicut puluis montium à facie venti.*
 100.

LOCORVM.

- Ca. 19. v. 14. Dominus miscuit in medio eius spiritus
 veriginis. 289
21. v. 3. Propterea impleti sunt lumbi mei dolore. &c. 487. & 488.
21. v. 5. Pone mēsam, contēplare in specula, &c. 224
21. v. 8. Super speculam Domini ego sum. 155
21. v. 13. Onus in Arabia. 88
22. v. 12. Evocabit Dominus Deus exercituum in die
 illa ad stercus, & ad plāctum, ad caluitiū. &c. 445
25. v. 8. Praecipitabit mortem in sempiternum. 203
25. v. 10. Tristurabitur Moab sub eo. 429
26. v. 5. Quia incurvauit habitantes in excelsis, ciui-
 tatem sublimem humiliabit. 178. & 344. & 371
26. v. 19. Uident mortui cui, interfecti mei resurgent.
 147.
28. v. 2. Ecce validus & fortis Dominus, sicut impe-
 rus grandinis. 268
28. v. 8. Omnes mense repleta sunt vomitu. 290
28. v. 15. Percussimus foedus cum Moabo, & cum In-
 fernis fecimus pactum. 201. & 203
29. v. 3. Circundabo quasi spheram in circuitu tuo,
 & iaciam contra te aggerem. &c. 113
29. v. 9. Obstupescite & admiramini. 70
29. v. 22. Sed cum viderit filios suos, opera manuum
 mearum. 332
30. v. 8. Scribe super buxum. 168
30. v. 10. Nolite aspicere nobis ea qua recta sunt, lo-
 quimini nobis placentia. 154

I N D E X

Ca. 30. v. 28. Spiritus eius velut torrens inundans.	268
32. v. 14. Tenebra & palpatio facta sunt super speluncas.	179
33. v. 3. A voce Angeli fugerunt populi, & ab exaltatione tua dispersa sunt Gentes.	148
33. v. 14. Quis poterit habitare de nobis cum igne deuo- uor ante.	507
34. v. 2. Quia indignatio Domini super omnes Cen- tes.	148
35. v. 1. Quis credidit auditui nostro?	330
36. v. 6. Intrabit in manum eius, & perforabit eam.	466.
37. v. 7. Ecce ego dabo ei spiritum, & audies nūcium.	329.
37. v. 9. Et audiuit de Tharaca Rege Aethiopia.	401.
38. v. 18. Quia non Infernus confitebitur tibi, neque mers laudabit te.	201
39. v. 3. De terra longinquavenerunt ad me, de Baby- lone.	96
43. v. 1. Hac dicit Dominus creans te Iacob, & for- mans te Israel: noli timere, quia redemi te, & vocavi te nomine tuo, &c.	121
44. v. 9. Plasta idoli nihil sunt. &c.	315
44. v. 26. Qui dico Ierusalem, Habitaaberis. &c.	519
44. v. 27. Qui dico profundo, Desolare, & flumina tua aresfaciam. Qui dico Cyro, Pastor meus es.	223
45. v. 11. Ventura interrogate me super filios meos, & super	

L O C O R V M.

- super opus manuum mearum mandate mihi. 333
- 47.v.9. Venient tibi duo hac subito in die una, steri-
licas & viduas. 316
- 47.v.11. Veniet super te malum, & nescies ortu eius.
223.
- 49.v.2. Posuit os meum quasi gladium acutum. 90
- 49.v.23. Vulcu in terram demisso adorabunt te. 370
- 51.v.9. Vulnerasti draconem. 462
- 51.v.14. Non interficere vsque ad internecionem. 147
- 51.v.17. Usque ad fundum calicis soporis bibisti. 284
- 55.v.1. Omnes scientes venire ad aquas. 124 252
- 60.v.21. Gernē plaracionis mea, opus manus mea. 333
- 61.v.10. Quasi sponsam decoratum corona, & quasi
sponsam ornata monilibus suis. 296
- 64.v.8. Et nunc Domine pater noster es tu, nos verò
lucum, & fictor noster tu, & opera manuum tuarum
omnes nos. 313

I E R E M I A S.

- Cap. 2. vers. 9. Iudicio contendam vobiscum. 133
- 4.v.11. Venius vrent in vis que sunt in deserto vobis
filia populi mei. 99
- 4.v.13. Velociores aquilis equi illius. 97
- 4.v.16. Custodes venire de terra longinqua. 96
- 5.v.6. Lupus ad vespertam vastabit eos. 188
- 5.v.15. Adducam super vos gentem de longinquo. 96
- 7.v.15. Tu noli orare pro populo hoc. 158
- 8.v.14. Pocum dabo eis aquam fellis. 277

I N D E X

- Cap. 9. v. 15. *Ecce ego cibabo populum istum absynthio,*
& potum dabo eis aquam felle. 277
 10. v. 22. *Vox auditionis ecce venit, & commotio ma-*
gna de terra Aquilonis. 117
 11. v. 5. *Ut suscitem iuramentum, quod iuravi patri-*
bus vestris, &c. 424
 11. v. 22. *Annum visitationis eorum.* 335. & 336
 13. v. 23. *Propter multitudinem iniquitatis tua reue-*
lata sunt verecundiora tua. 449
 16. v. 6. *Non se incident, neque caluitium fiet pro eis.*
 461
 18. v. 14. *Nunquid deficiet de petra agri nix Libani?*
 293.
 22. v. 6. *Galaad tu mihi caput Libani.* 293. & 304.
 22. v. 18. *Non planges eum, Ua frater, & Ua soror.* 292
 23. v. 5. *Suscitabo David germen iustum.* 334
 23. v. 12. *Annum visitationis eorum.* 336
 23. v. 15. *Cibabo eos absynthio, & potabo eos felle.* 277
 23. v. 18. *Quis affuit in consilio Domini?* 160
 23. v. 33. *Quod est, Quis Domini tibi? &c.* 299
 25. v. 15. *Sume calicem vini furoris huius de manu*
mea, & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas
ego mittam te. Et bibent, & turbabuntur, & in-
sanient. 277
 25. v. 24. *Cunctis regibus Arabia.* 88
 25. v. 26. *Et rex Sesach biber post eos.* 285
 25. v. 38. *Facta est terra eorum in desolationem a facie*
ira columba. 136

L O C O R V M.

- Cap. 29. versu. 7. *Quærite pacem ciuitatis, ad quã trans-*
-migrare vos feci, & orate pro ea ad Dominum: quia
dominus pace illius erit pax vobis. 328. & 331
30. v. 2. *Qui profugerit ad Chaldaeos viuet.* 184
30. v. 12. *Insanabilis est fractura eius, pessima plaga*
est eius. 134
30. v. 23. *In capite impiorum conquiescet.* 14
31. v. 41. *Quomodo capta est Sefach. &c. Ascendit se-*
per Babylonem mare. 262
46. v. 10. 21. *Dies ultionis.* 336
44. v. 13. *A facie gladij columba.* 135
47. v. 2. *Ecce aqua ascendunt ab Aquilone.* 262
49. v. 7. *Nunquid non ultra est sapientia in Theman?*
42345 12
49. v. 14. *Audicum audiui à Domino.* 322
49. v. 16. *Cum exalcaueris quasi aquila nidum.* 242
49. v. 20. *Audire consiliũ Domini, quod inijt de Edõ,*
& cogitationes eius, quas cogitauit de habitatoribus
Theman. 345
50. v. 2. *Dicite, Capta est Babylon.* 301
50. v. 10. *Erit Chaldaa in prædam.* 227
50. v. 11. *Quoniam effusi estis sicut viruli.* 92
50. v. 12. *Ecce nouissima erit in Gentibus, deserta, in-*
uia, & arens. I N E R T 52
50. v. 15. *A facie gladij columba.* 135
50. v. 16. *Disperditæ satorum de Babylone.* 515
50. v. 17. *Leones eiecerunt eum.* 305
50. v. 33. *Calumniam sustinent filij Israel & filij Iuda*
simul,

30. v. 34. *Ut exierunt terram, & commoneat habitatores Babylonis* 305. & 306
 30. v. 35. *Gladius ad Chaldaeos, ait Dominus.* 317
 30. v. 38. *Stecies super aquas eius erit.* 224
 30. v. 39. *Habitabunt dracones cum fatuis sicarijs.* 303
 30. v. 45. *Nisi detraxerint eos paruuli gregum.* 226
 31. v. 4. *Calens interferti in terra Chaldaorum.* 227
 31. v. 7. *Calix aureus Babylon in manu Domini.* 278
 31. v. 11. *Suscitauit Dominus spiritum regum Medarum.* 228
 31. v. 20. *Collidis tu mihi vasa belli, & ego collidam in te gentes, & disperdam in te regna. &c.* 515
 31. v. 31. *Currens obuiam currenti veniet. &c.* 224
 31. v. 39. *In calore eorum ponam potus eorum, & inebriabo eos, & sopiantur.* 224. & 283
 31. v. 43. *Facta sunt ciuitates eius in stuporem.* 302
 31. v. 44. *Uisitabo super Bel in Babylone, & eiciam quod absorbuerat de ore eius.* 290
 31. v. 58. *Murus Babylonis ille latissimus, suffossione suffodietur, & porta eius excelsa igne comburentur, & labores populorum ad nihilum.* 260. & 262

THRENI.

- Cap. 2. vers. 6. *Dissipauit quasi hortum tencorium suum.* 303
 2. v. 15. *Urbs perfecti decoris, gaudium vniuersa terra.* 229

Cap. 3.

L O C O R V M.

Cap. 3. vers. 1. Ego vir videns paupertatem meam in vir-
ga indignationis eius. 116. & 357

4. v. 19. Velociores fuerunt persecutores nostri a qui-
lis cali. 97

4. v. 21. Ad te quoque perveniet calix. 285

B A R V C H.

Cap. 5. vers. 7. Constituit Deus humiliare omnem mon-
tē excelsū, & rupes perennes. 368. & 370

6. v. 3. Nunc videbitis in Babylonia deos aureos, &
argenteos, & lapideos, & ligneos. 314

6. v. 7. Lingua idolorum polica à fabro, ipsa etiam in-
aurata & inargentata falsa sunt, & non possunt lo-
qui. 317

6. v. 45. Nihil aliud erunt, nisi quod volunt esse sacer-
dotes. 314

6. v. 50. Non sunt dii, sed opera manuum hominum,
& nullum Dei opus cum illis. 319. & 320

E Z E C H I E L.

Cap. 8. vers. 14. Ecce ibi mulieres sedebant, plangentes
Adonidem. 460

12. v. 13. Adducam eum in Babylone, in terrā Chal-
dæorum. 74

16. v. 37. Nudabo ignominiam tuam coram eis. 449

20. v. 15. Præcipua terrarum omnium. 334

21. v. 9. Gladius exactus est. 90

28. v. 10. Propterea tradidi eam in manus amatorum
suorum. 124

23. v. 32. Calicem sororis tuæ bibes. 284

Cap. 24.

MIRADO EX I.

Cap. 24. versu. 9. *De civitati sanguinū, cuius ego gran-*
dem faciam pyram. 261

24. v. 17. *Non eorum luctum non facies, corona tua*
et circumligata sit tibi. 2443.

25. v. 4. *Ipsi habent lac summi, inponit* 302

26. v. 2. *Euge dostract et sunt porte populorum.* 230

26. v. 7. *Eccē ego adducam ad Tyrum Nabuchodonō*
ser regem Babylonis, et circumdabit te munitioni-
bus, et compartabit aggerem in gyro, inundationē
equorum eius operiet te pulvis eorum. 114

27. v. 21. *Arabia et vniuersi principes Cedar.* 89

27. v. 31. *Et vadent super te caluicium.* 461

29. v. 3. *Eccē ego ad te Pharaō rex Aegypti, draco ma-*
gnus. 402

33. v. 7. *Et tu fili hominis, speculatorem dedi te do-*
mini Israel. 156

37. v. 12. *Eccē ego aperiam tumulos vestros, et educam*
vos de sepulchris vestris. 147

DANIEL.

Cap. 5. versu. 6. *Genūa eius ad se inuicem collidebantur.*
 + 500.

10. v. 2. *Eccē ego Daniel iugebam triūm hebdomada-*
rum diebus. 158.

OSEAS.

Cap. 4. v. 15. *Si fornicaris tu Israel, non delinquat sal-*
tem Iuda. 235

Cap. 8.

L O C O R V M.

- Cap. 8. v. 10. *Quiescent paulisper ab ore regis.* 414
 9. v. 2. *Vinum mentietur eis.* 520
 11. v. 11. *Volabunt quasi avis ex Aegypto, & quasi
 columba de terra Assyriorum.* 136
 12. v. 10. *In manu Prophetarum assimilatus sum.* 362
 13. v. 14. *De manu Mortis liberabo eos, de Morte redi-
 mam eos: ero mors tua, o Mors, morsus tuus ero In-
 ferne.* 202

A M O S.

- Cap. 6. v. 13. *Nunquid currere queunt in petris equi,
 aut arari potest in bubalis?* 373

A B D I A S.

- Ca. i. vers. 1. *Auditum audiimus à Domino.* 329
 1. v. 4. *Si exaltatus fueris ut aquila. &c.* 242
 1. v. 10. *Extranei ingrediebantur portas eius.* 230

I O N A S.

- Cap. 2. v. 4. *Flumen circumdedit me.* 423

M I C H E A S.

- Cap. 1. v. 9. *Tecigit portam populi mei, usque ad Ieru-
 salem.* 232
 1. v. 16. *Decaluare & condere super filios deliciarum tua-
 rum, dilata caluitum tuum sicut aquila. 441. & 463.*
 7. v. 17. *Lingent pulverem sicut serpens, velut reptilia
 terra procurrabuntur de adibus suis.* 114

N A H V M.

- Cap. 3. v. 5. *Renelabo pudenda tua in facie tua.* 449
 3. v. 18. *Latitavit populus tuus in montibus.* 92

SOPHO.

I N D E X

S O P H O N I A S.

Cap. 3. vers. 3. *Iudices eius lupi vespere.* 84

A G G Æ V S.

Cap. 1. vers. 1. 3. *Factum est verbum Domini in manu Aggai.* 362

Z A C H A R I A S.

Cap. 1. ver. 9. *Angelus loquebatur in me.* 159

2. v. 6. *O, d, fugite de terra Aquilonis.* 252

9. v. 7. *Et auferam sanguinem de ore eius.* 255

11. v. 1. *Aperi Libane portas tuas.* 309

M A L A C H I A S.

Cap. 3. vers. 17. *Parcam eis, sicut parcat vir filio suo.*
347.

M A C H A B. I.

Cap. 1. vers. 3. *Directa est salus in manu eius.* 179

M A C H A B. II.

Cap. 6. vers. 13. *Atulro tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficij est indicium.* 31

7. v. 32. *Nos pro peccatis nostris hæc patimur.* 123

M A T T H Æ V S.

Cap. 1. vers. 21. *Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* 523

6. v. 28. *Nec Salomon in omni gloria sua.* 354

13. v. 34. *Sine parabolis non loquebatur eis.* 211

13. v. 35. *Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi.* 209

Cap. 16.

L O C O R V M.

Cap. 16. vers. 18. *Porta inferi non preualebunt aduersus eam.* 231

19. v. 24. *Facilius est camelum per foramen acustransfrire, quã diuitem intrare in regnum cœlorum.* 215

M A R C V S.

Cap. 16. vers. 16. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uerò non crediderit, condemnabitur.*

191.

L V C A S.

Cap. 1. vers. 69. *Erexit cornu salutis nobis.* 360

10. v. 4. *Neminem per viam salutaueritis.* 214

11. v. 21. *Fortis armatus.* 361

21. v. 28. *Respicite & leuate capitauestra.* 70

23. v. 46. *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.*

319.

I O A N N E S.

Cap. 1. v. 10. *Mundus per ipsum factus est, & mundus cum non cognouit.* 143

A C T A T A P O S T.

Cap. 3. ver. 7. *Consolidata sunt bases eius & planata:*

455

7. v. 5. *Non dedit illi hereditatem in ea, nec passum pedis.* 425

12. v. 14. *Pro gaudio non aperuit ianuam.* 497

A D R O M A N O S.

Cap. 1. v. 16. *Iustitia enim Dei in eo reuelatur.* 189

1. v. 18. *Reuelatur enim ira Dei de calo.* 189

Cap. 1.

I N D E X

Cap. 1. v. 21. <i>Cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt.</i>	179
5. v. 14. <i>Regnauit Mors ab Adam, quæ ad Moy- sen.</i>	203
5. v. 17. <i>Vnius delicto Mors regnauit.</i>	203
6. v. 9. <i>Mors illivltra non dominabitur.</i>	203
8. v. 15. <i>Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore.</i>	343
11. v. 28. <i>Charissimi propter patres.</i>	117

CORINTH. I.

Cap. 3. v. 2. <i>Lac potum dedi vobis.</i>	302
5. v. 9. <i>Neque fornicarij. &c. regnum Dei possidebunt.</i>	374
8. v. 5. <i>Siquidem sunt dij multi, & dñi multi.</i>	322
9. v. 16. <i>Uc mihi est si non euangelizauero.</i>	253
10. v. 11. <i>In figura concingebant illis.</i>	10
15. v. 26. <i>Novissima autem inimica destruetur Mors.</i>	203.

CORINTH. II.

Cap. 5. v. 21. <i>Eum qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatum fecit.</i>	372
---	-----

AD GALATAS.

Cap. 4. vers. 23. <i>Quæ sunt per allegoriam dicta.</i>	10
---	----

AD EPHESIOS.

Cap. 3. vers. 5. <i>Quod alijs generationibus non est agniscum filijs hominum, sicut nunc reuelatum est.</i>	10
Cap. 4.	

LOCORVM.

Cap. 4. vers. 13. *Tenebris obscuratum habens intellectu.*

180.

4. v. 31. *Omnis amaritudo & ira, &c. tollatur à vobis*

374

AD COLOSSENSES.

Cap. 1. vers. 26. *Mysterium quod absconditum fuit à seculis & generationibus : nunc autè manifestatum est.*

10

2. v. 17. *Qua sunt umbra futurorum.*

10

AD HEBRÆOS.

Cap. 8. vers. 5. *Qui exemplari & umbra deseruiunt caelestium.*

10

10. v. 1. *Ubram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem verum.*

10

10. v. 36. *Adhuc enim modicum, aliquantulumq̄, qui venturus est veniet, & non tardabit.*

174

10. v. 38. *Iustus meus ex fide viuet.*

181

11. v. 21. *Et adorauit fastigium virga eius.*

483

AD TIMOTH. II.

Cap. 1. vers. 7. *Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris.*

343

IACOBUS.

Cap. 5. versu. 4. *Eccè merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, qua fraudata est à vobis, clamat.*

248

Nn PE-

I N D E X

P E T R I.

Cap. 2. vers. 24. *Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum.* 378

I O A N N I S. I.

Cap. 1. vers. 2. *Quod vidimus & audiimus, annunciamus vobis.* 330

A P O C A L Y P S I S.

Cap. 8. versu. 13. *Ua, Ua, Ua, habitantibus in terra.* 253

9. v. 12. *Ua unum abiit, & ecce veniunt adhuc duo Ua.* 253

14. v. 10. *Hic bibet de vino ira Dei, quod mistum est mero in calice ira ipsius.* 289

18. v. 6. *In poculo quo miscuit, miscete illi duplum.* 282. & 289.

F I N I S.

INDEX RERVM AC SENTENTIARVM

quæ in his Habacuc Commentarijs
continentur.

A.



Aron virgæ, quas posuit in tabernaculo fœderis, sceptrâ fuere principū tribuum Israël. 474.

Abacuc, quære Habacuc.

Abantum tondendi mos. 437

Abyssus interdum partem inferiorem significat. 412

Achæi qui dicerentur. 398

Achilles iurat per sceptrum. 478

Actiua verba Hebræis Beth litera adhæisionis construuntur pro accusatiuo. 70. & 71

Adiectiuis rarò vtuntur Hebræi. 290

Admiramini & Obstupefcite, rei immanitatè significant. 70

Adonai, id est, dominus, vel, domini mei. 320

Adonidis sacra quomodo Byblii celebrarent. 460.

Adorantes olim proni procidebant in terram. 370.

Ægyptus Hebræis dicitur Mesraim. 405. & 451

Nn 2

Ægyptus

I N D E X

Ægyptus dicitur Terra Cham.	452
Ægyptij plurima colebant animalia.	336
Ægyptiorum mores.	460
Ænigma quid significet.	208
Ænigmata & Parabolæ olim qualiter & vnde fierent	214
Æternitatis epitheton audientium animos maximè in admirationem rapit.	366
Æternum vel Seculum Hebræis longissimam durationem significat.	368
Æthiopiæ etymologia.	395
Æthiopes duplices, Orientales & Occidentales.	393. & 400
Æthiopes in Palæstina, aut Palæstinæ cõfines.	398
Æthiopum antiqui termini.	398
Æthiopes Indici.	399
Æthiopes, Arabes, & Palæstini, finitimæ nationes.	404
Aphrica parens & nutrix ferarum.	115
Aphrica dicta ab Epher.	402
Agamemnon quo tẽpore Troiã inuasit.	395
Agamēnonis sceptrũ coluerunt Cheronei.	480
Agefilaus dicta est Mors.	203
Aiacis funus.	458
Alexāder Macedo in funere Ephæstionis, sibi suisquẽ capita rasit: quin & mulos atq; equos totondit.	459
Alexander militibus barbas iussit abradere.	437
	Alle-

R E R V M.

Allegoria vaticinij Habacuc.	37. & 38. & 323
Amana mons pars est atque iugum Libani.	295
Amarus quis dicatur.	75
Ambitio & Auaritia elementa malorum.	197.
Anathema.	293
Andromeda Æthiopissa.	396
Anima mala malè curat & imperat.	60.
Anima pro desiderio & appetentia.	204.
Annus visitationis.	336.
Antilibanus mons.	294.
Antiochi equus.	80.
Antissam & Pyrrham Pontus abstulit.	257.
Antonij Gueuaræ lucubratiões.	257.
Aphæreses, syncopæ, apocopæ, & paragoges poeticæ inueniuntur in diuina Scriptura.	391
Aphroditon appellauit Venerem Aristophanes.	140.
Apis bos, Aegyptiorum deus.	460
Aquarum vox in diuina Scriptura, illarum fluxu xibilitatem & mobilitatem significat.	415
Aquilam coluerunt Thebani.	337.
Aquilæ vbi nidulentur.	241
Aquilæ senectus atque caluitium.	463
Aquila fortis est & velox.	96
Aquilâ volare doces. Prouerbiũ.	27
Arabes, Palæstini, & Aethiopes, finitimæ na tiones.	404
Arabico sinu Asiam ab Africa diuidi.	399

I N D E X

Arbor inuersa homo.	464
Argius qui dicerentur.	398
Arnon torrens eadē cū Iordane perpeffus.	422
Ars nulla sine magistro.	4
Artificiali opera homo inferiorem se rem pro- fert.	314
Artybij Persarum ducis equus.	80
Aspicite & videte, rei celeritatē significāt.	70
Assuerus iurat pro tendens sceptrum.	481
Astarthe dea Sidoniorum quæ fuerit.	140
Atargata, id est, sine piscibus.	138
Atargatis prodigiosa, eadem quæ Derceto.	138
Ate quid sit apud Homerum.	363.
Athribitæ colebant murem araneum.	137.
Atlanticum mare olim insula fuit.	267
Attica regio equis præstantibus excellit.	79
Auaritia & Ambitio causæ omnium malorū. 197.	
Auditio & Auditus nuntium significant.	329
Augustinus & Hierotheus docibiles Dei.	4
Auster dexter vocatur.	346. & 347.

B.

B abylonia prouincia.	Pagina.	74.
Babylon caput Chaldææ.		74
Babylon dicitur Terra longinqua.		96
Babylon repente capta à Cyro, & qualiter.		221
		Baby-

R E R V M.

Babylonij columbas albas coluerunt.	132
Babyloniorum insana lasciuia & ebrietas.	174
Babyloniorum festum, quo capta est à Cyro ciuitas.	275
Babylon altera in Ægypto.	74
Baleariæ terra serpentes necat.	115
Balsasar Nabuchodonosoris nepos, Babylonici regni finis fuit.	206
Banaiz virga sceptrum fuit.	475
Barbâ quando radi primum cœperit.	434
Barba decet virum.	434
Barbæ radendæ complures causæ.	434
Barbam primam & capillum consecrabât.	436
Barchæorum mos in sepeliendis mortuis.	201
Benedicere Dei, benefacere significat.	468
Beniamin, id est, filius dextræ.	346
Bibédi causa olim venena conficiebâtur.	276
Bœotij sponsam coronabant asparago.	298
Bona Fortunæ rarò contingunt bonis.	196
Brachmanæ defuncta corpora vulturibus obijciebant.	201
Bubali syluestres boues.	374
Buram ciuitatem Pontus abstulit.	267
Buxeis tabulis scribebant veteres.	167
Bybriorū mos in sacris Adonidis celebrâdis.	460

C

CAdes ciuitas contermina Idumæ, & terminus terræ promissionis.

Nn 4 Cades

- Cades & Cades barne eadem. *u. l. o. u. i. o. l. v. 350*
 Cadmea victoria. *u. l. o. u. i. o. l. v. 334*
 Cæcias ad se nubes trahit. *u. l. o. u. i. o. l. v. 237*
 Cæsar suspicionem reliquit, vitam contempfit.
 47 se. *u. l. o. u. i. o. l. v. 497*
 Calicis & potus metaphora ætumnas atque ca:
 ritates designat. *u. l. o. u. i. o. l. v. 276*
 Calidis locis diutiùs viuitur. *u. l. o. u. i. o. l. v. 502*
 Canes sepulchrales. *u. l. o. u. i. o. l. v. 202*
 Canthari variae significationes. *u. l. o. u. i. o. l. v. 249. & 250*
 Capita radebant veteres ob varias causas. *u. l. o. u. i. o. l. v. 434*
 Capram & hircum coluerunt Mendefij. *u. l. o. u. i. o. l. v. 137*
 Captiui mortuorum nomine signantur. *u. l. o. u. i. o. l. v. 147*
 Carreni Lunum deum dixerunt, pro Luna. *u. l. o. u. i. o. l. v. 140*
 Carthago Sidoniorum Colonia. *u. l. o. u. i. o. l. v. 146*
 Carthago ciuitas sub Iunonis tutela. *u. l. o. u. i. o. l. v. 141*
 Cassianus martyr stylis puerorū confixus. *u. l. o. u. i. o. l. v. 171*
 Castigari à Deo, magni beneficij est iudiciū. *u. l. o. u. i. o. l. v. 31*
 Celeritas in rebus bellicis amplius solet prodèssè
 se quàm virtus. *u. l. o. u. i. o. l. v. 75. & 76*
 Cepum colebant Babylonij, qui sunt iuxta
 Memphim. *u. l. o. u. i. o. l. v. 137*
 Cera pro epistolis aut pugillaribus. *u. l. o. u. i. o. l. v. 167*
 Ceratis tabulis scribebant veteres. *u. l. o. u. i. o. l. v. 167*
 Cerua cæteris quadrupedibus prudentia præ:
 stat. *u. l. o. u. i. o. l. v. 525*
 Ceruæ fœminæ pernitate & audacia præstant
 maribus. *u. l. o. u. i. o. l. v. 525*
 Chairus

REARVM.

- Chafrus ciuitas. in insula? molina? 674
- Chaldæi qui dicantur? 74
- Chaldæorum mores. 77
- Chaldæorum equi quales. 80
- Chalus fluius mansuetorum piscium plenus
0538.
- Cham impietas describitur? 453
- Cheronei sceptrum Agamemnonis coluerit
480.
- Chilo Lacedæmonius immōdica læticia pe-
riijt. 492
- Chremes Terentianus à vino deceptus. 493
- Chrysippus philosophus risu necatus. 493
- Christus, id est, vnctus, vocatur Moyses ab Hæ-
rebacuc. 493
- Chusan rex Mesopotamiæ. 384: 390
- Chus Æthiopia. 390
- Cicuta olim bibendi causa præsumebatur. 276
- Circundare alium dicitur qui illum tuetur. 64
- Citharædus ex sese doctus. 494
- Clupea terra scorpionum necata. 495
- Clymene tradita Meropi 394
- Cœneus sceptrum coluit. 480
- Collium & montium nomine Principis &
ib Magnates significantur. 368
- Colubraria insula quæ. 115
- Colubraria insula serpentes parit. 115
- Columbas albas detestabantur Persæ, cole-
bant

- 47 bant verò eadēdem Palæstini. 243 132. & 133
 Columbæ nomine rex Babylonis significatur. 135
 Comam consecrabant olim. 437
 Comitia haberi Ioue tonante aut fulgurante, nefas fuit. 420
 Confusio quid significet diuinis scriptoribus. 243
 Computationis antiquæ mos. 284
 Consiliū pessimū, cōsultori pessima res est. 245
 Contra significat Coram, Exaduerso. 31
 Contradictio quid significet. 39
 Corneis poculis bibebant veteres. 287
 Cornu alicuius quid dicatur. 359
 Cornu ventilare quid sit. 359
 Cornua Dionysio vnde finxerit antiquitas. 287
 Cornua tollere quid sit. 359
 Cornutus quare dictus sit Moyses. 343
 Corollæ nuptiales vnde fierent. 298
 Corona quid significet. 65
 Corona Hebræis dicitur quasi Vallum aut Murus. 65
 Coronamentis nectendis ea præcipuè in pretio habebantur, quæ essent pinguiora. 298
 Cosmographia necessaria ad intelligentiam diuinæ Scripturæ. 12
 Crabrones, quos Deus immisit ante Israelitas, quid fuerint. 364
 Cræsum

R E R V M.

- Crater unde dicatur. 187
 Crœsum quid admonuerit Solon. 176
 Crœsum quomodo tractauerit Cyrus. 281
 Crucis Domini titulus. 524
 Currus Dei dicuntur nubes. 419
 Custodes legum & ciuitatis, si non re vera sint,
 sed videantur tantum, urbem totam fundi-
 tus perdunt. 66
 Gynoccephalum coluerunt Hermopolitani. 136
 Cyrus quomodo Crœsum tractauerit. 281
 Cyrus Christi figura. 174. & 175. & 519
 Cyrus quo stratagemate Babylonem repente
 ceperit. 221

D.

- D** Agon piscem significat. 138
 Agon eadem cum Dercete fuit. 139
 Dagonis prodigiola figura. 139
 Deargentatus, id est, albus. 133
 Delinquere significat aliquando, desinere esse.
 108. & 112.
 Demosthenes studiorum gratia caput radebat.
 450.
 Deorum epulæ quæ dicerentur. 255
 Dercetis templum insigne ad Ascalonem. 138
 Dercetis Semiramidis mater, in piscem con-
 uersa. 138
 Dercetis prodigiola figura. 138
 Deser-

I N D E X

- Desertum** quid significet Hebræis. 352
Deus in se, & apud se est, non in loco. 323
18 & 324.
Dextera Dei dicitur diuina potentia. 290
Diagoras Rhodius gaudio nimio interemptus. 342
Diapsalma quid significet. 355
Diapsalma nusquam inuenitur, præterquam in
 Psalmis, & in Oratione Habacuc. 357
Dictio eadem in eodem loco, alia atque alia so-
 let significatione inculcari. 142. & 143
Dies vltionis & interfectionis. 336
Diffundere quid significet apud Vulgatum in-
 terpretem. 91
Diogenis scommata in molles radentes bar-
 bam. 435
Dionysius Siciliae tyrannus gaudio enectus. 491.
Dionysius Bacchus cur dictus sit Taurus. 287
Dionysio cur cornua dederit antiquitas. 287
Dirigi, in diuinis libris, Prosperari signifi-
 cat. 179
Diuitiarum pericula. 237
Dominus exercituum, cur & quando dicatur
 Deus. 263
Domus vocabulum quid significet. 240
Draco vocatur Pharao rex Ægypti. 402
Draconum & elephatorum pugna. 233
E. Eari-

R E R V M.

E.

Earinus Domitiani libertus comam consecrauit.	436
Ebrietatis effectus.	194
Ebrietatis nimix signum est vomitus.	290
Ebusus in insula quæ nunc Ibiza.	115
Ebusitana terra serpentes fugat.	115
Eccè aduerbium quid significet.	73
Electra flet agnito Oreste fratre.	495
Elephantorum & draconum pugna.	23
Elicen ciuitatem Pontus abstulit.	267
Epanaphora Hebræis familiarissima.	345
Epher Aphricæ nomen dedit.	402
Epulæ deorum quæ dicerentur.	255
Equorum præcipua gloria velocitas.	78
Equi Chaldæorum quales.	80
&.81.	
Equus Antiochi.	80
Equus Artybij Persarum ducis.	80
Et, particula aduersatiua.	145
Ethan desertum.	423
Ethan fluuij sunt Mare rubrum.	423
Ethicæ munus.	3
Ethnicorum autorum cognitio apprimè necessaria ad cognitionem diuinæ Scripturæ.	ii
Euripidis locus explanatur.	167
Eurus ventus.	98

I N D E X

F

- F**Abulas confingunt Iudæi, explicandis locis
 difficilioribus diuinæ Scripturæ. 273
- Facta iam fuisse dicuntur in diuina Scriptura,
 quæ præsto sunt vt fiant. 301
- Fæstinatio fœdos edit partus. 6
- Ficus non floret, sed florum vice fructus præ-
 mittit. 520
- Flaminius Imperator Romanns. 496
- Fluij nomine Mare nonnunquam significa-
 tur. 423
- Fœdus cum filijs Israel qua Deus conditione
 pepigerit. 151. & 152
- Fœminatres gaudio exanimatæ. 491
- Fortunæ bona rarò contingunt bonis. 196
- Fortunæ simulachrum loquutum fuisse. 318
- Futura pro præteritis, & præterita pro futuris,
 promiscuè vsurpant Hebræi. 344

68

68

741

- G**Alaad mons atquè Libani iugum. 293.
 & 304.
- Galaad regio & ciuitas. 305
- Galatâ insula, cuius terra serpentes necat. 115
- Galeæ coriaceæ. 212
- Gaudere in Domino quid sit. 522
- Gaulonis insulæ terra serpentes necat. 115

Gedconis

R E R V M.

- Gedconis historia. 385
 Genitiuis vtuntur Hebræi loco adiectiui. 290
 Gentium vocabulo nonnunquàm significatur
 Iudæi. 148
 Geometria in quem vsum & à quibus inuenta.
 367.
 Germani rasura capitis puniebant adulteria.
 448
 Germanici mortem quomodo deplorauerint
 plurimi. 459
 Gloria Domini quid dicatur. 354
 Glycon gladiator inuictus. 4
 Græci sponsam coronabant sisymbrio. 298
 Gubernari oportet malos à bonis, non contrà.
 66.

H.

- H**Abacuc genus, patria, tempus. 23. & 24
 Habacuc allegoria. 37. & 38. & 523
 Hebræi vnde dicti. 405
 Hector iurat protendens sceptrum. 481
 Hercinia sylua. 352
 Hermon mons, sic dictus ab inhospitalitate.
 293
 Hermon mons pars fuit Libani 294
 Hermopolitani coluerunt Cynocephalum. 136
 Herodes Ascalonita primus rex alienigena Iu-
 dxorum. 477
 Hiero

I N D E X

Hierotheus & Augustinus docibiles Dei.	4
Hilarius negat, solere diuinā Scripturam res eandem geminis elocutionibus iterare.	59
Hispani aptissimi ad furta bellorum.	78
Hispanis redundant relatiua sc̄pissimè.	362
Homo est arbor inuersa.	464
Hyænarum natura, seuitia, calliditas.	87
Hyænae Arabicæ quales.	88
Hymenæus nuptiarum præses.	297
Hymenæum qualiter depinxerint veteres.	297
Hyrcanis sepulchro canes fuere.	262

I.

I acob qua ratione adorauerit ad sceptrum Io seph.	485
Iapix ventus.	346
Iberorum mos in sepeliendis mortuis.	201
Idem vocabulum in eodem loco varia significa tione solet inculcari.	142. & 143
Idolorum irrisio.	314. & 316
Idola suo pte ingenio muta, aliquando loquuta sunt.	318
Idumæa terminabat Chananæam ab Austro.	345.
Idumæa palmis opima.	397
Iehoua nomen Dei tetragrammaton.	320
Ieiunâtes Christiani olim vino abstinuerūt.	446
Ieru-	

R E R V M.

Ierusalem illustrissima urbium Orientalium, perfecti decoris fuit, & gaudium vniuersæ terræ.	229
Ierusalem dicitur porta populi Dei, & porta po- pulorum.	229
IESVS Saluatoris nostri nomen, quibus li- teris constet in Hebræo.	523
Incrementum figura diuinis scriptoribus non ignota.	71
Incuruare diuini Vates pro destruere vsurpât. 371.	
Incuruari significat Deprimi & affligi. 178. & .179.	
Indi maiora delicta rasura capitis coccebant. 448.	
Infernus pro sepulchro.	198
Infernus Iupiter.	200
Infernus pro Morte.	202
Inferni regia siue palatium.	203. & 204
In finem quid significet.	62
Iniquitas vocabulum generale.	52
Iniquitas pro pœna debita iniquitati.	372
Iuariam pati satius est quàm inferre.	51. & 146
Interfecti non perpetuò, dicuntur captiui, & qui laboriosam vitam degunt.	147
Interpres Latinus vim potiùs & sensum quan- doque transfert, quàm voces.	99
Interrogationis figuratæ vis.	313

I N D E X

Iob liber prosaica oratione & poeticis numeris constat.	37
Ionathæ virga Sceptrum fuit.	475
Ioppe antiquissimū oppidū, Portus maris. Ibi Andromeda Ceto fuit exposita.	397. & 398
Ioseph iurat protendens Sceptrum.	483
Ioseph Christi typum gessit.	485
Ioue tonante aut fulgurante comitia haberi nefas fuit.	420
Ismael filij quam regionem tenuerint.	401
Isnuc oppidum Aphricæ, cuius pulvis serpentes necat.	115
Israel vocantur decem tribus.	28
Iuda vocantur duæ tribus.	28
Iudæi fabulas confingunt, cū difficiliora Scripturæ loca explanare conantur.	273
Iudæorum principes quales fuerint.	67
Iudicare ad iudicis arbitrium, Plato permittit: sed Aristoteles periculosum esse duxit.	62
Iudicia omnia duplici ex causa.	61
Iudicia quando erunt legitima.	61
Iudicium quid sit.	61
Iudicij vocabulū plures habet significatiōes.	57
Iudiciū Vltionē atquē vindictā significat.	124
Iulius Cæsar suspicionem reliquit, vitam contempsisse.	427
Iunonis Monetæ simulachrū loquutū fuisse.	318
Iupiter infernus dicta est Mors.	200
Iurabant	

R E R V M.

Iurabant per sceptrum olim principes sceptri- geri.	478. & 480
Iuramenta vocantur promissiones Patriarchis factæ, & quare.	424
Iuramentis sceptrum olim interponebatur.	478. & 480.
Iuris præcepta sunt tria.	186. & 187
Iustus quis diceretur à Philosophis naturali- bus.	186
Iustitia quid sit.	186
Iustitiæ symbolum fuit Sceptrum.	479

L.

L abor quid significet.	52
Lac multa hominum genera biberunt.	302
Lachrymantur nimia lætitia correpti.	494
Lætitiæ motus ex corde oritur.	490
Lætitia nimia plurimi exanimati.	491
Lætitia nimia excutit lachrymas.	494
Lætitiæ gestientis affectus.	492. & 494
Lageras dicta est Mors.	203
Latum piscem coluerunt Latopolitani.	136
Latopolitani coluerunt Latum piscem.	136
Laus quid significet in diuinis libris.	355
Leonem colebant Leontopolitani.	137
Leontopolitani coluerunt leonem.	137
Leophora via.	326
Leges anima sunt ciuitatis.	62

I N D E X

Leges sunt regula & amulsis iudiciorum	62
Legum proprium munus.	61
Lex lux.	61
Lex De Latina libertate tollenda.	445
Libani montis descriptio & nomina.	293
Libanus riget perpetuis niuibus.	293
Libani nomine significatur interdum Ierusalem.	309. & 310
Libani vocabulo Templum aliquando significari.	308
Libatio ethnicis quæ diceretur.	255
Logicæ munus.	3
Longe disita à nobis, maiorem terrorem incutiunt.	55
Lorica à loro dicta.	212
Lucra mala æqualia damnis.	238
Lunus deus.	140
Luporum duplex genus.	86
Luporum plures species, eorumquè natura & velocitas.	81. & 82
Lupi Sardinienfes.	83
Lupi vespertini qui dicantur.	83. vsquè ad. 87
Lupus primo mane venatum egreditur.	85
Lupum coluerunt Lycopolitani.	136
Lutum condensum facilimè omnium aggeratur.	217
Lybs ventus.	346
Lycopolytani lupum venerati sunt.	136

R E R V M.

M.

- M**Adian filij quam regionē tenuerint. 401
 &. 402.
- Madian regio ubi sit. 402
- Madianitæ dicti sunt Aethiopes. 393
- Magistratus quid sint. 61
- Mala olim in fine prandij apponebantur. 301
- Maledicere Dei, pœnas & ærumnas inferre est.
 468.
- Malum minus, quodammodo bonum esse vi-
 detur. 126
- Magnæ rei, quantulumcunque possederis, fuis-
 se participem, non minima est gloria. 4
- Manus Dei quid dicatur in diuinis literis.
 362.
- Manus vocantur littora, & ripæ, denique aqua-
 rum margines. 412
- Manus vocabulo Hebræi spatium, locum, &
 mensuram significant. 413
- Marcus Iuuentius Tala gaudio interiit. 491
- Marcus Scaurus Romam aduexit ossa belluæ
 marinæ, cui Andromeda fuit exposita. 397
- Mare Atlanticum olim insula fuit. 247
- Mare totam terram ambit. 266
- Mare plurimas terras & ciuitates absorbit.
 267.
- Mare nonnunquam appellatur fluuius. 423
- Medium quomodo accipiat. 336

I N D E X

Mel olim in principio & fine conuiuij apponebatur.	301
Memnon Aethiops Orientalis.	395
Memnon cur dictus fuit Auroræ filius.	396
Memnonia regia.	396
Mendefij colebant capram & hircum.	137
Mentiri, quâdoquè significat fallere, atquè spè & expectationem eludere.	173. & 520
Mesraim Hebræis est Aegyptus.	451
Metiri pro In possessionem venire.	367
Miscere, aliquando simpliciter potum præbere est.	288
Montani hæretici error.	43
Montium & Colliū nomine principes signantur.	368
Mors Infernus Iupiter dicta fuit.	202
Mortē diuinæ literæ Reginā quâdoquè, Tyrannum nonnunquàm esse confingunt.	203
Mortis aculeus.	364
Mortis natura inexplebilis.	198
Mortui non perpetuò, dicuntur qui in miserijs degunt.	147
Moyfes quare dicatur Christus, id est, vnctus.	431
Murem araneum colebant Athribitæ.	137
Murus dicitur qui alium tuetur.	65
Myrrhæ vsus in conficiendis Sponsarum corollis.	298

N Abathæa regio.	401
Nahum vaticinatur contra Niniuen.	28
Nazaræi comam ex voto consecrabant.	439
Nero primam barbam consecrauit.	436
Nilum Asiam ab Aphrica diuidere volunt aliqui.	399
Nomades Scenitz infestatores acerrimi Chaldæorum.	401
Nubes dicuntur Currus Dei.	419
Nubes procul, iuxta nebula.	95
Nudare pro tondere.	462
Nudum cōspici, magno olim probro fuit.	449
Nuntiantem mala omnes oderunt.	155
Nuptiales corollæ vnde fierent.	298
Nuptiales ritus.	296

O.

O bstupescite & Admiramini, rei magnitudinem notant.	70
Oceanus appellatur fluuius.	423
Oculis obliquis intuemur nobis ingrata & odiosa.	126
Officium ac munus Prophetarum quale.	155
Omnis non, pro Nullus, dicunt Hebræi.	320
Onus quid significet apud diuinos Vates.	39

I N D E X

Opus Dei, dictus est singulariter populus Israel.

332.

Orcus ab Vrgendo dictus. 203

Orcus dicta est Mors. 203

Othonielis historia. 384

Oua olim in conuiuij principio apponebatur.

301.

Ouem coluerunt Saitæ & Thebani. 136

P.

Palæstina montosa est, & vberima. 508

Palæstini, Arabes, & Aethiopes, finitimæ nationes. 404

Palatium Inferni, siue Orci. 203. & 204

Pales Deus. 140

Papyrus quid sit. 213

Parabola quid significet. 208. & 212

Parabolæ olim qualiter & vnde fierent. 214

Paragoges, aphæreses, syncopæ, & apocopæ poetica inueniuntur in diuina Scriptura 391

Pardi velocissimi. 79

Parenthesi vtuntur diuini Scriptores. 266

Patriarchæ fuerunt reges, & sacerdotes, & propheta: vnde ab Scriptura vocantur Christi

431. & 432.

Patrocli funus. 455

Patroclo comam deuouet Achilles. 456

Pauperis vocabulū pro multis Hebraicis dictio- nibus

R E R V M.

inibus ponit' in Latina editione vulgata.	471.
Peccata Israelitarum ante legem datam, recensentur.	338
Peccatum ponitur aliquando pro pœna peccati.	372
Pelles pro tentorijs.	406
Penelope flet marito agnito.	424
Perfæ columbas albas detestabantur.	132
Perseus vnde tulerit Andromedam.	397
Petro Apostolo rasum fuit caput Antiochiæ.	430
Pharan vasta solitudo atquè eremus fuit.	348
Pharan ciuitas quoquè fuit.	351
Pharan mons etiam fuit.	353
Pharao rex Aegypti, draco vocatur.	402
Pherecydes absque magistro multum eruditio nis est assequutus.	4
Philippides comædiographus gaudio enectus.	492.
Philosophia magistra vitæ.	3
Physicæ munus.	3
Pij viri alienis peccatis multis nominibus qua tiuntur.	50
Pilati sententia contra Christum lata.	524
Pileus pro libertate: quia erat insigne libertatis.	444.
Pisces omnium animalium iniustissimi, in se ipsos grassantur.	127
	Pisces

I N D E X

Pisces iure naturali nullius sunt addicti domi- nio.	128
Pisces colebant Syri.	132. & 137
Pluralia Hebræis sæpè per literam Nun, sicut & per Mem terminantur.	347
Plurale pro singulari vsurpant frequenter He- bræi.	422
Pluto dicta est Mors.	200
Poculo eodem bibere. Prouerbum.	281
Pœna omnium grauissima à Deo deserri, & im- punè peccare permitti.	31. & 45
Polycrita gaudio exanimata.	491
Portæ olim ciuitatum munitissimæ.	231
Portis olim ciuitatum inerant fora iudiciorum.	231.
Porta populi Dei, & Porta populorum, dicitur Ierusalem.	229
Præda quid significet.	52
Præparare pro firmare & stabilire vsurpatur.	256
Præteritum pro futuro vsurpant Hebræi.	72
Princeps qualis fuerit, tales esse solent ciues.	66. & 67.
Principes Iudæorum quales fuerint.	67
Procidebant olim adorantes.	370
Promissiones Dei populi Iudæorum factæ.	121
Propositionis uocabulum quid significet.	203.
	& 209.

R E R V M.

Prophetæ frequentius noui testamenti myste- ria, vmbri atquè figuris obuoluta, quàm nu- da & aperta prænuntiarunt.	9
Prophetarū mos in vaticinijs suis inchoadis.	23
Prophetæ, qui non habent titulos, quibus tem- poribus prophetauerint.	24
Prophetæ postquàm tristia prædixerint, atte- xunt consolationem.	28. & 156
Prophetis multifariā data est pphætia.	39. & 40
Prophetæ habuerunt sextum sensum præscien- tiæ.	43
Propheticum munus quod sit.	155
Protopopœiarum vis.	247
Proverbiorum vltimum caput & versu constat, & soluta oratione.	37
Pudor quid sit.	244
Pulvere iniecto prisci olim vrbes aliquas expu- gnasse videntur.	113
Pulvere ac terra serpentes fugari.	114
Puncta Hebræorum Rabini post diui Hierony- mi tempora excogitasse dicuntur.	392
Pumicis farina olim bibendi causa præsumeba- tur.	276
Pyrrham & Antissam Pontus abstulit.	267
Pythagoræ symbola.	210
Q.	
Quia particula varios vsus habet in Scriptura diuina.	422
Quin-	

I N D E X

Quintius Flaminius Imperator Romanorum.

496.

R.

RAdebant olim capita ob varias causas. 434
 Rasura capitis pœnæ loco fuit nonnullis gē
 tibus. 447

Recreare verbum translaticium. 335

Redundant scēpè relatiua Hebræis sicut & Hispa
 nis. 362

Regia Inferni, siue Orci. 203. & 204

Regula diui Hieronymi, de temporibus Pro
 phetarum. 24

Relatiua redundât Hebræis scēpè, sicut & Hispa
 nis. 362

Relatiuum sine antecedente frequenter ponūt
 diuini Scriptores. 77. & 116. & 357

Repetitio verborum atquè sententiæ, vehemen
 tiorem efficit orationem. 59. & 72.

Repetitio familiaris est admodum diuinæ Scri
 pturæ: & quæ presius dixerat, explicatiùs
 iterare consuevit. 59. & 72. & 78. & 175.

Repetitur idē verbū in eodēmet loco, sed diuer
 sa significatione, apud diuinos auctores: 142.
 & 143.

Reptilis nomine quid significetur. 127. & 128.

Rex subditis promuto esse debet. 66

Risu emori. Prouerbiū. 493

S. Saba

R E R V M.

S.

Saba filius Chus, à quo dicti sunt Sabæi.
404.

Saitæ & Thebani ouem coluerunt. 136

Sanguis quid significet in diuinis libris. 253

Sanguinum viri qui dicantur. 254

Sanir mons idem qui & Libanus, aut Libani
pars. 293

Sarcasmos figura. 207

Sardinia lupi quales. 83

Sarion mons idem qui & Libanus, aut Libani
pars. 293

Scaurus Romam aduexit ossa marina belluz,
cui Andromeda fuit exposita. 397

Scenitæ Arabes vnde dicti. 406

Sceptra pro principibus, per metonymiam.
474.

Sceptra gestabant olim, non solum reges, sed
principes etiam atque magnates. 474. & 477

Sceptris inesse diuinitatem, existimarunt vete-
res. 480

Sceptrum quando ablatum fuerit tribui Iudæ.
476. & 477.

Sceptrum interponebant iuramentis veteres.
478. & 480.

Sceptrum coluit Cæneus. 480

Sceptrum iustitiæ symbolum. 479

Sceptrum

I N D E X

Sceptrū Agamēnonis coluerunt Cheronei.	480
Scipio maior noluit Romæ sepeliri.	512
Scripturæ commoditas & vsus.	162
Seculum vel Aeternum Hebræis longissimam durationem significat.	368
Seir mons regionis Edom.	341
Seir est ad Austrum terræ promissionis, & ad Orientem montis Sinai	347
Sela quid significet Hebræis.	355. & 465
Seminare in saxis, Prouerbum.	373
Semiramis Babyloniorum regina diuinos sibi honores constituit.	131. & 132
Semiramis in celumbam transformata	133
Semper, quod Vulgata editio vertit pro Sela Hebræo, & pro Diapsalma Græco, quid si- gnificet.	355
Sententia Pilati contra Christum seruatore lata.	523
Sextus sensus præscientiæ fuit Prophetis.	43
Sepeliendi mores diuersi.	201
Sephora Moysis vxor Aethiopissa.	393
Sepulchra inhabitare dicuntur, qui in miserijs vitam degunt.	147
Sepulchrales canes.	202
Serpentes terra & puluere fugari.	114
Sertorius quo stratagemate Characitanos expu- gnauerit.	105. & 106
Serui antiquitus tondebantur.	440
	Serui

R E R V M.

Serui cùm manumittebantur, pileo donabantur.	444
Sesach ciuitas, eadem quæ & Babylon.	279
Sicera Hebræis quicquid inebriare potest significat.	288
Silere indicium est timoris & reuerentiæ.	325
Similiter desinens, quæ Rethorum exornatio est, in diuina Scriptura inuenitur.	37
Sinu Arabico Asiam ab Aphrica diuidi.	399
Sixtus Papa, huius nominis tertius.	191
Solon quid admonuerit Cræsum.	176
Sophoclis tragedia Tyrannus.	103
Sophocles nimia lætitia exanimatus.	491
Spiritus significat Ventum.	110
Spiritus pro anima, & pro vento.	319
Sponsa olim noctu in domum mariti traducebatur.	297
Sponsam Bœotij coronabant asparago, Græci silymbrio.	298
Sponsi olim coronabantur.	296
Struthionis crudelitas in filios.	233
Styli scriptorij figura.	168. & 171
Stylum non minus agere cùm delet.	168. & 169
Stylum vertere, quid significet.	169
Summa prophetiæ Habacuc.	31
Superbia radix omnium malorum.	186
Suscitare est verbum translaticium.	73
Susianæ regionis descriptio.	326

I N D E X

Sutores si prauī sint, nihil inde periculi ciuitati imminet.	66
Sympsalma quid significet.	356
Syri columbas albas, atquē pisces coluerūt pro dijs.	132.&.137

T.

T Abulis ceratis scribebant veteres.	167
Tabularum scriptoriarum materia diuersa.	164.&.167
Tabularum scriptoriarum vtilitas.	163
Taurus appellatus est Dionysius.	287
Taxalorum mos in sepeliendis mortuis.	201
Tecmesa Aiacis concubina.	457
Telemachus sceptrum gerit.	478
Tempus prophetarum, qui non habent titulos.	24
Terra promissionis montosa & huberrima.	508.
Tharaca rex Æthiopum Orientalium.	401
Thebani coluerunt Aquilam.	137
Thebani & Saitæ coluerunt Ouem.	136
Themā regio eadem quæ Idumæa.	345
Themā, nomen regionis, pro vento Austro.	346.
Thersitæ sceptrum incutit Vlisses.	478
Thesei tonsuræ genus.	437
Theseus anteriorem capitis partē abrasit.	437
Theu-	

R E R V M.

Theutamus rex Asia.	395
Thomas Aquinas librum Iob iuxta historicum tantum sensum exposuit.	8
Tithonus pater Memnonis, & Persarum præfectus,	396
Titulus Crucis Dominicæ.	524
Tonante aut fulgurante Ioue, comitia haberi, nefas fuit.	420
Tondere caput, vnde receptum fuerit ab Ecclesia.	450.
Tonitru Dei quid dicatur.	417
Tonitrua maximè terrent mortalium mentes.	420. & 421.
Transire significat finire.	112
Tremor præcipuè inuadere solet genua, labia, & cor.	500
Tristitiæ motus ex corde oritur.	490
Triumphus vnde dicatur.	101
Triumphantium mos.	101
Triumphare pro lætari.	101
Tyranni olim qui dicerentur.	101
Tyranni nomen recens.	102
Tyranni nominis etymologia.	103
Tyrū quomodo expugnauerit Nabuchodonosor.	104

V.

VÆ quid significet.	252
Vallare & circumdare alium dicitur, qui	
Pp illum	

I N D E X

illum tuetur atque defendit.	64
Venena olim bibendi causa præsumebãtur.	276
Ventilare cornu, quid sit.	359
Venter Hebræis significat totam corporis cauitatem.	501
Ventorum nomina à regionibus, vnde spirant, mutuata.	346
Venti dicuntur Dei equi.	419
Ventris nomine Hebræi aliquando significant Cor.	501
Verba actiua Hebræis Beth litera adhæſionis construuntur pro accusatiuo.	70. & 71
Verba nonnunquàm in eodem loco diuerſa ſignificatione inculcantur & repetuntur.	142. & 143.
Veritas absque veriſimilitudine, non facit fidem.	73
Verecundia quid sit.	244
Vinea Dei dictus est populus Iudæorum.	333
Vino abstinuerunt olim Christiani cùm ieiunabant.	446
Vinum qualiter decipit potantem.	194
Vino ſimilis humana prosperitas.	195
Virgæ quas Aaron intulit in tabernaculum fœderis, ſceptra fuerũt principũ tribuum Iſrael.	474.
Virga, qua Ionathas tulit mel, ſceptrũ fuit.	475
Virga Banaiaẽ ſceptrum fuit.	475
Viri	Viri

R E R V M.

Viri sanguinum qui dicantur.	254
Visitacionis annus.	336
Viuere, apud diuinos Scriptores, saluum ac sanum esse, lætamquè & tranquillam vitam agere, significat.	183. & 184
Viuificare, pro seruare & liberare, vsurpatur.	335
Vlisses flet visa coniuge.	494
Vlisses sceptrum gerit.	478
Vomitus quibus ex causis proueniat.	291
Vomitus nomine ingens copia designatur.	290. & 292.
Vomitus quando sit utilis.	291
Vomitus signum ebrietatis.	290
Vox Dei, quæ fit Prophetis, qualis sit.	158. & 159.
Vox aquarum in diuina Scriptura, illarum fluxibilitatem & mobilitatem significat.	415
Vox eadem in eodemmet loco, varia significatione repetitur.	142
Vrbis nomen Romam significat.	228
Vulcanus cur claudus fingatur à poetis.	358

X.

XIstus Papa, huius nominis tertius.	191
-------------------------------------	-----

Z.

Z Eugma figura quid sit, & quomodo fiat.	373.
--	------

F I N I S.

PHILIPPI RVIZII
HENDE CASYLLABON

Ad D. Antonium Gueuaram.



*A*ntoni, tua scripta, qua nitentem
Lucē Vatis affert (Habacuc
Pulsa nocte procul) petitā ab isto
Diuite ingenio, atq; Marte partā
Proprio, absquē opera scholæ aut Magistri,
Qui mirabitur insolens: sciat te,
Dum vitas hominum loquaciorum
Congressus, tacitus, fugisq; turbam,
Et fastidia curiæ superba:
Solum tegmine sub virentis umbra,
Rauca ad flumina, valle vel reducta,
Plura istis meditatam. Uti expeditus
Curis, scilicet; in minora corda
Quæ exercent rabicm, famemq; fœdam.
O felix animi, beata mentis
Cogitata tua, Gueuara, nunquam
Solitudinis huius, & recessus
Vita pœniteat: bonum libellum
Qua nobis peperere: namquē solus
Tu verè es minus, ipse quando solus.


LAVS DEO.

ERRATA & CORRIGENDA

Page	Line	For	By
101	10	101	101
102	15	102	102
103	20	103	103
104	25	104	104
105	30	105	105
106	35	106	106
107	40	107	107
108	45	108	108
109	50	109	109
110	55	110	110
111	60	111	111
112	65	112	112
113	70	113	113
114	75	114	114
115	80	115	115
116	85	116	116
117	90	117	117
118	95	118	118
119	100	119	119
120	105	120	120
121	110	121	121
122	115	122	122
123	120	123	123
124	125	124	124
125	130	125	125
126	135	126	126
127	140	127	127
128	145	128	128
129	150	129	129
130	155	130	130
131	160	131	131
132	165	132	132
133	170	133	133
134	175	134	134
135	180	135	135
136	185	136	136
137	190	137	137
138	195	138	138
139	200	139	139
140	205	140	140
141	210	141	141
142	215	142	142
143	220	143	143
144	225	144	144
145	230	145	145
146	235	146	146
147	240	147	147
148	245	148	148
149	250	149	149
150	255	150	150

Printed by...

London...



ERRATA SIC CORRIGE.

Pag.	Lin.	Pro	Lege.
30.	1.	Habacum	Habacucum
36.	19	perpendiq;	pèrdendiq;
42.	22.	μμs	vμs
59.	antep.	iuriosos	iurgiosos
68.	antep.	præparationem	præparationem
88.	4.	adificit	addificit
99	pen.	transfer	transfert.
129.	1.	emenda	emen-
184.	5.	Bibilitanus	Bilbilitanus
192.	vlti.	peccatorum	peccatorem
208.	11.	Parabo	Para-
282.	8.	miscite	miscete
287.	12	cælix	calix
286.	19	mera cum pijs	meracum pijs
289.	9.	miscite	miscete
302	19	in hospitalis	inhospitalis
307.	8.	subijciat	subijcit
309.	8.	super-	su-
	21.	diui	diuina
312.	10.	simulachra,	simulachra
	.11.	sint hominum	sint, hominum
337.	pen.	Huic	Hûc
365.	11.	posside-	possede-
392	6.	iamin	iamim
294.	14.	Tiram	Tiran
400.	11.	concedisse	confedisse
408.	19.	sin	sint
466.	vlti.	Vatablusã	Vatablus
489.	9.	adeundum	ad eundem
528.	19	ne dum	nedum

Estataffado a

marauedis el libro.

